





VIII
HIEROCLIS
IN AUR VERS
PYTHAGORAE
81
INCUNABULI
L
7
18
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze
PATAVII
1474














AD NICOLAVM PONTIFICEM .V. AVRISPAE IN HIEROCLEM PRAEFATIO.

MIrabar ſæpe & quidnã cauſæ fuiſſet mecũ ipſe dubitabã ꝙ neq; ĩ litteris: neq; in ædificiis hæc noſtra ætas maioribus reſponderet: ſed quæ ſcribebantur aut ædificabantur: multo deteriora antiquis illis & eſſent & uiderent. idque partim hominum neglıgẽtiæ: partim facultatibus: partim ꝙ humana natura forte peior facta fuiſſet adſcribebã Verum Beatiſſime Pater ita hæc tẽpora fauore & uirtutibꝰ illuſtrati: ut admiratio & dubitatio illa a mente mea deciderit & om̃ibus qui hæc cogitãt manifeſtum fit. mira illa antiquorum ædificia & clara ingenia uirtutem & benignitatem prĩcipum feciſſe. Videmus enim tot ſanctorum ædes tuo iuſſu tuaq; ĩpẽſa: aut factas: aut reſtitutas: tot alia publica & priuata in urbe ædificia: Vt uix qui præſẽtes inſpeximus tot magna tã paruo tempore fieri potuiſſe credamus



quæ tã plura tam egregia sũt: Vt si quis de omnibus scribere uelit: nõ paruo co dice opus sit: de quibus singulis si uber tati & elegantiæ orationis meæ confide rem dicere pollicerer: & si pro cupidita te fecero: dicam oĩa. Cupio equidem uitam omnem tuã scribere. quod si au- deam temeritatem potius meam accusa tum iri cum signo beniuolentiæ & cha ritatis uolã: ꝙ tam magna ausus fuerim q̃ securam taciturnitatem non reprehẽ di. Sed hoc aliquis fortassis uberius & magis eloquenter explebit. Nam inter tot doctos uiros quibus plrimum bene fecisti: aliquis certe gratus esse debebit: qui gesta & vitam omnem tuam scribat Quippe qui argumentũ uariis: magnis que uirtutibus plenum habebit. Studia enim omnis generis litterarum tãtum per hæc tempora creuerũt: vt per octin gentos ante annos nullus tam magnus numerus: aut scriptorũ: aut transferẽti um fuerit. In quo non solum præsentes tibi maxĩe obligant: sed etiã præteriti

hões:& futuri:præteriti ꝙ eorũ famam mori nõ permisisti:futuri ꝙ unde meliores fiũt:habebũt.Nam præclara q̄daꝫ opa ĩcuria & negligentia eoꝝ qui sexcẽtis annis citra fuerũt iã depdita magno studio perquiri fecisti:Quippe qui diuersos nuntios p diuersas mũdi ptes ad libros perquirẽdos tã græcos q̄ latinos tua impensa misisti. Ego uero q te semp magnifeci amaui & colui quiq; beniuolẽtia nõ mercede ductus tibi ĩ minoribus existenti aliqua traduxi:tuoq; nomini adscripsi:quum Venetiis essẽ tuo iussu libros aliquot græcos emi inter quos repperi Hieroclem sup uersibꝰ pythagoræ aureis appellatis. In quibꝰ oĩs pythagoreorũ philosophia continetur tantaq; in eis est doctrina:tanta legenti utilitas:ut octogenarius iam nihil ego aut græce aut latine legerim:qđ magis mihi profuisse ĩtelligã. Parum enĩ aut nihil ubi miracula non fuerunt:a fide christiana differt.hoc opusculũ latinuꝫ feci & nõi sãctitatis tuæ dedicaui:oroq;

ut ſemel legas. Nam q̃uis ita doctus: ita om̃i uirtutũ genere prædictus ſis: ut neq; doctrĩæ: neq; uirtuti tuæ quicq̃ addi poſ ſit: placebit nihilominus legere ea quæ ſentẽtiã tuã cõfirmabũt. verſus uõ græ cos nõ uerſus latinos feci: ſed v̊bũ e uer bo expreſſi: ut in exponendo poſtea uẽ ba nõ uariarent & reſponderẽt & ĩ græ co etiã ſyllabarũ quãtitas: ut in heroicis fieri ſolet: nõ ẽ ſeruata. Rem enĩ pytha gorei quæſiuerũt & utilitatẽ nõ uerba.

HIEROCLIS PHILOSOPHI STO
ICI ET SANCTISSIMI IN
AVREOS VERSVS PY
THAGORAE OPV
SCVLVM PRAE
STANTISSI
MVM ET
RELI
GIO
NI
CHRISTIANAE CONSENTA-
NEVM INCIPIT:

SAPIENTIAE STVDIum est qd' in purgatione & perfectõe humanæ uitæ versatur. Purgamur enĩ ꝑ philosophiã hac nostra terrena ignorãtia & mortalis corporis specie. per philosophiã quoq; ad ꝑfectõnem uenimus quã propriũ & innatum nobis uigorẽ assumentes ad similitudinẽ dei traducimur atq; hæc duo uirtus maxĩe opant̃ & veritas. Virtus quidem irrationabilẽ uehemẽtiã ꝑturbationũ animi extrudit. Veritas diuinã speciẽ quã ex natura secum hẽt: reassumit. Oportet igit̃ ad hãc artẽ q̃ nos & ꝑfectos & purgatos factura ẽ regulas quasdã habere breuiter determĩatas: tanq̃ causas quasdã artificiosas: Vt ordine & per cõpendiũ ad ꝑfectæ uitæ finẽ procedamus. Harꝝ regularꝝ q̃ omnes philosophiã cõtinent Pythagoræ v͛sus aureos uocatos oportune & decenter in primis ponere possumus. Continẽt enĩ totius philosophiæ tã quæ in exercitio: q̃ quæ in cõsideratõe uersant̃ præcepta:

& ĩstituta: quibꝰ uirtutẽ adipisci poteri
mus & ueritatẽ: & nosmetipsos purga-
tos facientes ad similitudinẽ dei fœlices
ẽẽ. & ut Thimeus Platonis diligẽs ꝑce-
ptorꝝ Pythagoræ magister dicit: sani at
que ĩtegri facti ad primæ spẽi habitũ pẽ
uenire. Ad primũ quidẽ ciuilis uirtutis
ꝓponit præcepta. Primũ enĩ ignorãtia
nos purgare oportet & desidia. Postea
rerꝝ diuinarꝝ sciẽtiã ĩferre. Nam ut ocu
lus lipposus & ĩmundus res nimiũ lucẽ
tes discernerẽ nõ põt: ita aĩus noster ni-
si uirtute præditus: pulchritudinẽ ueri-
tatis conspicere neq̇t: quum uitiatũ: pu
rum attingere nefas sit. Est ergo ciuilis
philosopia q̄ uirtutẽ gignit. In spectiua
uõ q̄ ueritatẽ. Itaq̧ ĩ ipĩs Pythagoræ uer
sibus ciuilẽ philosophiã humanã uirtu
tem: Inspectiuã diuinã ĩuenimus appel
latã. Quare quũ ĩ uersibus pythagoræ
de philosophia ciuili dictũ fuisset sub-
iũctum est.
HAEC facias. hæc cura. isthæc cupiisse
necessum est.

Picus i heptaplo.
quæ circumferuntur aurea carmina pythagoræ sunt, ut vulgo et doctioribus persuasum est, sed philolai. De pythagora ibi [illegible]

HAEC te uirtutis diuæ ad uestigia ponent.
Primo enī hominē fieri oportet. & tūc ex hōīe ī deum mutari. Ac uirtutes ciuiles hōīem bonū cōstituūt. artes uō quæ uiā ad deitatē præstāt: deū ex hōīe faciunt. Nā iis q ascenderē uolūt: parua magnis ex ordīe præponūt. Quāobrem ī iis q̄ ad hōīum doctrinam Pythagoras scripturæ liquit: uirtutū ciuilium præcepta primo ī suis uersibus tradit docens nos ab optīo ī hac uita uiuendi usu facilem ad diuinā illā similitudinē dei ascēsū fore: & hāc orōnis suæ ītentōnem & hunc ordinē añ oīs alias lectiones philosophādi formā audiētibus affert. Versus uero ea rōe aurei appellāt: qm̄ ut hi uersus īter cæteros optimi sūt & diuini Sic aurū ī rebus humanis optimū appellamus a similitudīe metallorꝝ: differentiā morū capientes. Est q dem aurū purum: & terræ nō admixtū. qualia sūt huic confinia: argentū: æs: ferrū: īter quæ naturaliter aurum supexcellit. quod so

lum ex metallis rubiginem nõ accipit. Illa enim quantum terræ participia sũt tantum in rubiginem mutantur. Terrena igitur materia uicium capiente probatum & mundum genus: & omnino totius malitiæ expertem uitam reddẽs: conuenienter aureum appellatur. Sic quoque & hi uersus omni undique uirtute pleni aurei scribuntur. & diuini appellantur. Non enim hoc probum: hoc improbum habent: ut in quibusdam aliis reperitur: sed omnes simul optimos ostẽdũt mores: & ad similitudinem dei nos conducunt: & Pythagoreæ philosophiæ finalem intentionem aperiunt: vt in uniuscuiusque declaratõe clare ostẽdetur. & primo a primis initium capiamus.

IN PRIMIS VENERARE DEOS VT LEGE DISPOSITI SVNT IMMORTALES.

C Vm omnium uirtutum dux sit religio: qua media ad deum

est ascensus : decenter Pythagoras in suis uersibus ab ipsa religione præceptum dare incœpit : quo pacto oporteat modestos deos secundum ordinem illis existentem honorare. quem ordinem deus ille summus rerum omnium factor simul ipsorum substantiæ adegit quorum aliquos firmauit: & ordinauit: In prima spera:alios in secunda:& in tertia alios.& sic consequenter usque omnium cælestium complectionem. Nam ut sunt ab eorum factore:& patre ordinati:ita eos intelligere & honorare hominum est diuinæ legi obtemperantium & omnino ipsis honorem reddentium:qui neque superexcedant in eorum dignitate:neque deficiant circa illos intelligendo:sed ita eos ponant:& intelligant:ut sunt.& eum ordinem habere sciant:quem acceperunt.quæ lex uult & iubet ab omnibus uenerationez & gratias referri ad primum ipsorum opificem solum deũ:quem deũ deorum quis ꝓprie appellare põt. & deoꝝ sũmũ

atque optimum. hæc autem appellatio: & hæc dignitas rerum omnium facto- ri & optimo artifici deo: solũ tribuenda est. si ipsum deorum causam & ĩmutabiliũ substantiarum factorem credimus. eos igitur nunc immortales deos appellauit in suo uersu Pythagoras: qui semper & eodem modo opificem deũ intelligũt. & semp ad illius gloriam ordinati ab il lo esse: & bene esse optime inseparabili ter & immutabiliter accipientes: ut pri- mæ causæ simulacra sine affectione exi stunt & sine perturbatione. talia enim decet simulacra sui ipsius cõstituisse & non mutabilia: & lapsu ad malitiã passi oni subiecta: quales sunt hominum ani mi: qui ex omnibus quæ ratione utũtur naturis ultimum & minus probatum ge nus sunt: ut summum & probatissimum deorum immortalium dictum est genus. hi uero ad differentiam animarum hu- manarum immõtales dei appellati sũt: tãq̃ diuinã beneuiuẽdi uitã ñ ãmittẽtes nec unq̃ ꝓpriæ substãtiæ: neq; p̃res eorum

benignitatis obliuiſcentes: quibus quidē paſſionibꝰ humanus aīus ſubiectus eſt. Nam modo deum intelligit: & ſuaꝫ dignitatem recipit: nōnunq̃ ab illis decidit: quaſi mortales dei recte animi hominum appellantur: quia illam beneuiuendi uitam quandoqꝫ a deo diſcedentes ammittūt. & iterum ad deum redeuntes reuiuiſcunt: & hoc modo diuinā uitam uiuunt. Illo quoqꝫ modo morientes quantū immortalis ſubſtantia factū mortis ſortiri poteſt: nō ꝙ intereat: ſed ꝙ a forma bn̄uiuendi deciderit. Mors enim eſt animi impietas & ignorantia: quæ immēſas in uita hominum gignūt paſſiones. Nam qui meliora ignorat: peioribus ſeruire neceſſe eſt: a quibus liberari non aliter quis poteſt: niſi per recōdationem intelligendo reducatur ad deum. Inter hos autem quos immortales diximus neceſſe ē genꝰ aliqd ēē magis honore dignum q̃ homo ſit: & deo īferius qd' quidem eius mediocritate utriuſqꝫ gn̄is extrema attīgit. Itaqꝫ primum

illud ĩmortaliũ genus totũ quod sibi a
diuina potentia infũdit sibi adiũgit:&
bene continet. Atque hoc medium deũ
non ignorat. & semper neq; mutabilem
atq; eandem dei ĩtelligentiã habet. Naʒ
& si semp intelligat aliter atq; aliter sup
addens dominatõem accipit:& augum
tum:atq; in hoc q semp intelligat supa
uit hominũ genus. q uero nõ immobi
liter & nõ semp eodem mõ ĩtelligat:mi
nus est q̃ deoꝝ genus. Itaq; mediũ exi-
stit qđ neq; per pfectõem hominum ge
nus excellit:neq; p negligentiã fit deoꝝ
generẽ deterius:sed prima:secũda:& ter
tia deus ipse reꝝ om̃ium factor cõstitu-
it. quæ natura adinuicẽ differrẽt:non tñ
adinuicem confusa:neq; ordinẽ uirtute
aut uitio mutãtia. Nam quum p substã
tiã semp maneãt:ordine nihilominꝰ il-
lis supueniente p genera diuidũtur:vt a
primis causis æque ordĩata sũt. Vt enĩ
ibi prima & media & ultima totius sapi
entiæ ordo cõtinet. hæc enĩ rõe sapĩa ẽ:
quoniam qđ facit apte & ordinate fini

cõducit itaq͛ simł conueniunt sapiẽtia: ordo: & finis. Sic & ĩ hoc quod totum ẽ ea quæ facta sũt ad primã dei intelligen tiã: prima certe erũt in mundo. quæ ad mediam. media quæ usq͛ terminũ ĩtelli gentiarꝝ adierĩt: ultima in naturis rõne utentibus sunt. Est aũt omne rationale ornamentũ cum innato sibi corpore in corruptibili simulacrũ opificis dei. Itaq͛ illius sũmitatis incorruptũ & ĩmortale simulacrũ collocatũ primo loco est. Me diocritatis uero illius simulacrum hic ĩ medio est. Extremæ uero illius deitatis simulacrũ in naturis rõne utẽtibus: ter tium & ultimum est. Horꝝ aũt trium ge nerum per primum quidẽ deos ĩmorta tales Pythagoras ostendit: per medium heroes claros: & per ultimum dæmones subterraneos: ut rẽ quandam paruã ĩtel ligimus.

Nunc vero ad prima redeamus. quæ est lex: & qui secũdũ ipsam legem ordo: q ue secundum ipsum ordinem tribuen dus honor.

Lex quidē ē ipse opifex ītellectus & dei uolūtas: q̄ pemnit manēs cuncta pagit & ad ppetuitatē conseruat. ordo quoqꝫ iustus & aptus a rerꝝ omnium parente & opifice adueniēs eorꝝ alios ꝯstituit prīos alios secūdos. Nā & si īter oīa q̄ rōe utū tur mundi ornamenta sūmitatem sortita sint: diuersa nihilominus adinuicem sunt: quippe q̄ alia aliis plus diuinitatis participāt. Argumētū aūt & signū eorū excellentiæ & diuinationis cælestiū sperarū ordo qui secūdum substātiā & potentiā locū sibi accepit tanq̄ eorꝝ existētiæ lex & ordo sil' essent īnati. Non enī casu aut fōtuna facti diuisi postea & terminati locis sunt. Sed ordinati prius ad existentiā uenerūt: ueluti si totū cælum unū aīal esset: & diuersas ptes haberet quæ adinuicem statutum ordinem per speciem in distātia & propinquitate cōseruent. Mutatio enim ipsorum situs sine omnium rerū destructōe & pditōne euenire non posset: quam accidere non est possibile. Est autem prima ipsorum

causa omnino immutabilis & immobilis quæ in operando eandem habet substantiam & bonitatem non adiectam: sed per se ipsam & ex se ipsa subsistentem omnia ad bene esse producēs. Causa uero rerum omnium creatōnis deo nulla alia rationalis est nisi substātialis bonitate. Est q̄dem naturaliter bonus. Bono uero naturaliter nulla unq̄ de re aliqua inesse potest inuidia. Causæ quoque huiusmodi generationis q̄ præt̄ bonitatem dicuntur humanæ condictōī potius q̄ deo cōueniūt. Nā quū naturaliter deus bonus sit: ea q̄ magis sibi similia sunt produxit. Secūdo quoq̧ q̄ mediocrē similitudinē erga ipsū habēt. Tertio & ultimo. ex omībus quæ sibi similā tur ea q̄ ad dei similitudinē magis remissa sūt & remota. Substātiæ etiam rerꝝ factarꝝ ordo concurrit. Itaq̧ id qđ melius naturalr̄ ē: ī totis gn̄ibꝰ an̄poni decet. & ī iis q̄ ad quodlibet genus per spēm fundamētum & subiectum habent. Non enim ex fortuna mundo ordinem deus

dedit: neq; electione mutabili: sed certis legibus quæ differũt produxit & æquũ ordinem naturarum dignitatibus præbuit. Quãobrem uenerare deos: vt lege dispositi non solum d' immortalibus dis: sed de claris heroibus & hominum animis communiter ĩtelligendum est. Est enim multitudo specierum in sigulo genere per augmentum & diminutõnem ordinata. Talis quidem est natura substantiarum rationabilium & ordo. Quæ uero sit lex & horum conueniẽs honor. iterum dicimus q lex quidem ẽ immutabilis dei opera quæ gignit eorũ genera. eaque peremniter ordinat & immutabiliter. honor uero huic legi cõueniens: est honoratorum cognitio: & ad illam quantum fieri potest assimilatio Eum enim quem quispiam amat imitat' quantũ sibi possibile est. At deũ qui nihilo eget honoramus. nõ illi omnibus abundanti dãdo. Sed si bona ab illo nobis porrecta suscipiamus. non enim deum honorabis siquid sibi dederis: sed si

te dignũ feceris:vt ab illo data suscipi
as. nam ut Pythagorei dicunt. optime
deum ueneraberis: si animo sibi similis
fias. Is uero qui deum: ut egentem ho-
norat: decipitur. putat enim se deo me-
liorem & ditiorem fore. Neq; magnifi-
cẽtia munerum deo honorem facit: ni-
si puro & diuo spiritu porrigatur. Nã
dona & hostiæ stultorum uaporis ignei
sunt cibus & sacrilegis largitio. Mens
enim ex diuino spiritu ducta & sufficiẽ
ter firmata adiũgitur deo. simile enim
ad eius simile accedere necesse ẽ. Quã
obrem solus sacerdos sapiens appellat:
Solus enim est dei amator. Solus deo p̃
ces effundere nouit. Solus deum hono-
rare scit. qui dignitatem nõ confundit:
quiq; ĩprimis hostiam se ipsum produ-
cẽs propriam animam quasi quoddam
dei simulacrum ædificat. Templũ quo-
que construit: quum eius mentem & in
tellectum ita parat: ut diuinam lucẽ fa-
cile recipere possit. nam quid ex his re
bus materialibus: q̃ in medio sũt afferre

poteris:quo acceptū aut proprium deo simulacrum:aut donum gratū esse que at:quod rationali & puro animo accide re necesse est. Vt enim ipsi idem uiri di cunt:mundatis animis locum aptum & proprium in terris deus non habet:cui sniæ Pythius Apollo concōdat dicens. Piis hōibus gaudeo tantū quantū cælo. Ille uero ē pius & religiosus qui diuina-rum rerum artem habet & eius perfecti onem tāquam honorem optimum cau sæ bonoꝝ omnium.hoc ē deo cum stu-dio acquirendi offert:ac deum qui natu ra benefactor est rependit & ut capacē accipiendi bona se faciat: eos honorat qui semꝑ ipsa bona largiūt.q uō deū ali ter colorꝫ ꝓponit & honorē illi aliena:at que externa substātia nō ꝓpria uirtutē præstat:deo acceptus non ē & talia neq̄ prudēti uiro grata sūt:nisi cū optīa mē te præbeāt:cui sentētiæ & Apollinis di-ctū satis cōsonū ē.Nā hōi q cētū boues sibi rē diuinā faciēti mactarat:nō tn̄ pia neq̄ deuota mente.Et interoganti quo

10

pacto acceptauerit dona sibi ab eo data Respõdit Hermiõis Dari magis ẽ mihi grata placẽta. tenuissimũ illud tãtæ magnificẽtiæ ꝑponẽs. qm̃ Hermion tenue eius munus pietate & charitate m̃tis ornauit cũ q̃ oĩa deo grata & cara sunt. Et fiñ q̃ nihil unq̃ deo gratũ acceptũq; fuit At d' religiõe & erga deũ charitate satis ĩ pñti dictũ ẽ. Qum aũt lex q̃ oĩa ordĩat & gubernat ĩmutabili custodia ſuat & huius custodiæ custodem mos fuit antiqus occulto iuramento nõiate decẽt & apte de iure iurando: ut consequẽs hoc sit præceptum tradit.

IVSIVRANDVM SERVA:

Legem quidẽ supiore libro oñdimus opus ẽẽ dei semp eodẽq; mõ existens qđ æterne & ĩmutabil'r oĩa ad bñ ẽẽ ꝓducit. Iuramẽtũ nũc cõsequent dicimus ẽẽ cãm ſuantem oĩa ĩ ipsa eadẽ q; existentia & ita illa firmãtem: ut iuramenti fide tenerent: & legis ordĩem seruarẽt. Itaq; effectus opificis legis ẽ ordine3 rerꝫ creatarꝫ nullo mõ præteriri aut

falli posse. Nã q̄ oĩa lege maneãt: ut cõ
stituta sũt primũ opus ẽ diuini iuramẽti
q̄ lex ab iis q̄ sẽp deũ ĩtelligunt maxĩe
& sẽp ꝑuat. ab iis uõ q̄ nõ ĩtelligũt: nõ
nũq̄ ab ĩtelligentia dei desinũt. Iuramẽ
tũ silr ĩfrĩgit qum ab illa dei ĩtelligẽtia
cessãt: & iterũ ꝑuat ab iis cũ ad deũ rṽtũt
Diuĩarũ enĩ legũ ꝑuatio iuramẽtũ nũc ap
pellatur. quo oĩa q̄ creata sũt ad cogno-
scendũ deum sibi annectũt & adaptãt:
quorũ aliq̄ q̄ sẽp cum deo sunt sẽp iusiu
rãdum colunt & ꝑuãt aliq̄ q̄ nonnunq̄
a deo discedunt: qđ qum fit: impii sũt: ñ
solũ iuramẽtum ĩfrĩgunt: sed diuæ legis
ordinẽ & diui iuramẽti fidẽ prætmittũt.
Tale qdẽ iusiurãdum gñibꝰ q̄ rõe utũt
ĩnatum ab eorũ pr̃e & factore traditum
est & neq̄q̄ prætmittũt leges ab illo ꝯsti
tutas & determĩatas. Iuramẽtũ uõ qđ in
rebꝰ hũanis ṽsat illius uestigiũ qđdã ẽ
dirigẽs eos q̄ ꝑ necessitate illo utũt. nã
id qđ dubiũ hũanæ uoluntati ẽ ad certi
tudinẽ reducit: & ĩ sua eadẽq; existẽtia
ꝑmaner circa res & ꝑmões facit. Est igr̃

11

iusiurādū ī rebꝰ diuinis: ut dcm̄ ē ꝙ pr̄a
r̄spicit eadēq; maīfeste ōndit. ē & aliud
ī hūanis qđ cētitudinē futurorꝝ appetit.
Quāobrē iusiurādū colere & obſuare
maxīe ꝯueīt. unū q̄dē p ſbām aū̄ existēs
ad custodiēdā & ſuādā ppetuitatē. Ali-
ud uō qđ ad hōies ptinꝫ: & rebꝰ ī hac vi
ta auxiliar̄ tāq̄ illius simulacrū qđdā &
post illud certitudīs & v̇itatis nobis fiat
gubernatō & prīceps: qđq; optīs moībꝰ
īplet eos q illđ coler̄ & ſuare didicerūt.
Iustū igr̄ & ſctm̄ iusiurandū ē: eorꝝ q̄ iu
ramus q̄tū ī nobis erit siñ exceptōe ſua
tio & cultus: q legi & v̇itati diuini hītus
necessaria uolūtate eos q iusiurādū co-
lūt: adaptat: & adiūgit. Et primā q̄dē &
archanā iusiurādi sīceritatē naturalr ac
cipe solemꝰ pp aīaduersionē ad deum q̄
purgatoriis v̇tutibꝰ a diuo iuramto exi
tū pcidit. Sīceritas uō iuramti ciuili v̇tu
te ſuat. nā ii solū q v̇tutes cīles possidēt
liq de iurare ī rebꝰ hūaīs possūt. vicium
enī & malitia quæ mr̄ piurii ē īfirmitate
morꝝ iusiurādū supprimit & calcat. q̄uo

enī auarꝯ ī receptōe: aut ī solutōe pecuni
aꝝ liq̄ de iurabit? Q uō īcōtinēs & timidꝯ
ī iureiurādo pstabit? īmo ubicūq; hoꝝ utq;
pu auerit aliq̄d plus se hītur ū supprimet:
uīcet: supabr̄. Et ueneratio iuramēti denu
dabr̄. A talibꝯ enī mōtalia & caduca ppetu
is & diuīs bōis pponet. Ab iis uō q̄ bn̄ &
firmit̄ vtutes possidēt bn̄ & recteq; iuram
ti ueneratio suari ꝯsueuit. optīa q̄dē circa
iusiurādū ꝯsideratio & documētū ē ad ipsiꝯ
ueneratōe3 & cultū suādū: n̄ sæpe & ex fō
tūa: n̄ vt accidat: n̄ ad smōis cōplectōe3: n̄
ad narratōis fidē iureiurādo uti: sed illius
usū q̄tū possibile ē suare ī rebꝯ necessari
is & magnis Et qum nulla alia videt̄ ēē reꝝ
salꝯ: nisi p ueritatē a iureiurādo pueīentē
Erūt aūt hæc credibilia audiētibꝯ: si modū
cōueīentē iuriiurādo pbuerimus. & nullā
audiētibꝯ mēdacii suspitōnē reliq̄rimꝯ ita
ut ī rebꝯ hūanis nihil maiꝯ vitate nobis ēē
uideat̄. Ita si iuremꝯ ac si n̄ iuremus.
NAm iusiurādū cole. n̄ solū fide & liq̄de
iurādi: sed abstinēdi a iuramēto pceprū ē.
suabiūs enī vt sēp iuste iuremus: si iuramē

tis ñ abutam̃.nã q sæpe iurat:facile ad ꝑiu
riũ ĩcidit.Abſtinẽtiæ quoqꝫ a iurĩuãdo iu-
ram̃ti ſuatio adiũcta ẽ.nã aut ñ iurabit aut
quum iurabit:iuſte & liqde iurabit. curãdũ
ẽ igr̃:vt neqꝫ p ꝯſuetudinẽ lĩgua labat̃:neqꝫ
ꝑ ĩcõtinẽtiæ paſſionẽ mẽs erret.At mẽtẽ q
dẽ bonæ artes & mores dirrigẽt.lĩguã uõ
ꝯſuetudo ꝯtinẽtiæ ab iureiurãdo.ꝯueĩt enĩ
añdcõ deoꝝ honori iuſiurãdũ tãq̃ illi ĩſitũ
& religiõi ſubiũctũ.Nã iuſiurãdũ diuinæ
legis cuſtos ẽ ad totius mũdi orm̃tũ.hono
rabis igr̃ legẽ ſi ipſius ordinẽ & diſpotõeꝫ
ſecutus fueris:& iuſiurãdũ coles ſi ipſo nõ
abutaĩs hoc ẽ ſi ñ facile iuraueĩs:& iuſte &
liqđ iurar̃ ꝯſueſcaſ:qa iurar̃ ñ ꝯſueuiſti.ꝑſ
enĩ ñ ꝑua ẽ religiõis liqdũ & rectũ iuſiurã
dũ & de prĩo qdẽ optioꝝ gñe & diua lege
q̃ recti ordĩs dux ẽ.At đ iureiurãdo qđ le
gẽ ſeq̃t̃ hæc dcã ſint.Sed qm̃ poſt deos ge
nus illđ qđ angelicum eſſe diximus:ſecũ
do honorare oportet decenter ſubiungit.

POSTEA HEROES CLAROS.

I ſũt mediũ genꝫ eaꝝ ſbãꝝ q̃ rõe utũt
q poſt đos ĩmõtales ſeq̃ntẽ locũ ꝯplẽt

& naturæ hūanæ ꝑponūt.& ꝯtīgūt ſtium
genꝰ.Prīo qbꝰ qdē ut ſis ſm honorē red-
di oꝫ.ſubītelligēdū.ē ēt & ī ipīſ cole vt lege
ordīati & diſpoīti ſūt.oīs enī cultꝰ uis ītel
ligēdo ſbām honoratorū vſat a q̄ bn̄ & re-
cte īueīt qd facere qque dicere opōteat ad
eas res q̄s honoramꝰ. Nā quo pacto qſpiā
ď iis rebꝰ locunť q̄s ignorat.Quo ue ēt pa
cto munus qſpiā iis affert quoꝝ dignitatē
ignorat.Primꝰ igr̄ oīo cultus & ī claris he
roibꝰ ē eoꝝ ſbē & ordīs & ſubſeq̄ntis actō
nis cognitō:& pitia pfectōis ad hoc totū.
Cōueīentē enī an̄ oīa cultū ſubſtātiis fieri
oportet.qď qdē ſi ď ipīs cognitōem habu
erimꝰ:pcedit.qum enī ut natura & ordīe
ſūt cognoſcimꝰ:tūc ipſis ꝯueniētē honorē
legē imitāteſ redimꝰ.colemꝰ aūt nihil qď
hūana ſbā peiꝰ ſit:ſed ſolū ea q̄ nāľr meli-
ora ſūt.ac ēt q̄ æq̄ excellētia uirtutis ꝑdita.
Eſt āt omiū q̄ natura meliora ſūt.primꝰ &
optimꝰ opifex deus & ſiñ ꝯpatōe oībꝰ ꝑpo
nēdus atq; honorādus.Itaq; īmūdo ab i p̄o
& poſt ipſū primi īmutabiľr ipſū ītelligūt
& ſine paſſiōe imaginanť a prīa opifice cā

ad i pos ueīentē ꝑticipatōe꜕:quos pn̄s orō
īmortales deos appellauit:qm̄ nō moriūť:
neq꜒ similitudinē quā ad deū hn̄t deponūt
sed sēp & æq̄ ī se ipīs ꝑmanēt. Qui uō nūc
heroes clari uocāť medii ī sbā & honore:
sēp ītelligūt opificē illū primū: & ad illū
bn̄ & honeste uiuēdo resplēdēt & collucēt
n̄ tn̄ sēp & eodē mō:neq꜒ īmutabiliť. Me
dii enī sūt & ad deū & mutatōe꜕ n̄ tn̄ passi
oni subiectā capiūt:q̄busdā qn̄q꜒ adiectōi-
bus sese ad illū circūuoluentes:& īmutabi
le ac deo unitū spectaculū priorꝝ ab sese dī
uidūt sil'q꜒ faciūt prīcipiū eorꝝ ad deū obse
quele. Quam ob cām cēte clari heroes dn̄r
Clari q̄dē q̄a bōi sūt & resplēdēt sēp:& n꜕
ī uitio neq꜒ ī obliuiōe ūq̄ iuueniūť. heroes
āt q̄i amore pleni & electi amatōes dei. eri
gūt enī nos & subleuant ad diuinā ciuili-
tatē ab hac rerum terrenarꝝ cōuersatione.
Est etiam consuetum ipsos dæmōes appel
lare quasi doctos & legum diuinarum pe-
ritos. quandoque etiam angelos:ut osten
dentes & nuntiantes nobis beneuiuen-
di uiam & normam. Sæpe uero tribus his

ĩtellectib⁹ vtẽtes ãplitudinẽ huiꝰ gñis ĩ tria
scĩdim⁹ & quãtũ ad cælestes id tͥtiũ genus
attinet: appellam⁹ ãgelos q̃tũ quoq; terrenis
ẽ adiũctũ heroes: & q̄a æq̄ ab utrisq; distat
dæões: qđ ĩ plerisq; Plato facit. Aliq̄ aũt to
tũ hoc mediũ genus appellãt ãgelos oẽs
aut dæões: aut heroes ꝑꝑ eas q̃s sup̱ius dixi
mus cãs. Et nũc Pythagoras totũ mediũ
gen⁹ claros heroes nõiauit q̄ sic ad primũ
gen⁹ sũt: vt lux ad ignẽ: & fili⁹ ad pr̃e3: vñ
& recte deoꝝ filii heroes appellãt. nõ q̄ ex
mõtaliũ cõiũctõe geĩti sit: sed qđ ex sĩpli-
ci eoꝝ cã ꝓuẽiũt: ueluti lux ꝯcurrẽs sbẽ lu-
cẽtis cõporis: lux aũt sub diuo & liq̄da per
quã ĩtelligr̃ ĩ obscuritate lux ad quã refert
tͥtiũ & hũanũ gen⁹: qđ ĩ uiciũ q̃nq; incidit
& obliuionẽ q̄b⁹ ab ĩtelligẽdo deũ desistit
sup̱at. n. ab iis substãtiis q̄ sẽp̱ deũ ĩtelligũt
qm̃ hõ q̃n3 ñ ĩtelligit: r̃uocat ẽt ad ĩtelligẽti
a3 dei qu3 ipsi deo adiũgit mõtalẽ ꝑtũbatõ
nẽ a se depellẽs. tũc quoq; apđ nos honor
dign⁹ hõ ẽẽ vr̃ qum se r̃ceptu diuĩo dignũ
& idoneũ fecit tãq̃ bñignitatẽ nẽ meliõis p̱
ticipatõe õnaret. đcet enĩ amatores dei &

14

q̄cūq; aliquo mō ſibi ſimilia ſūt honorarī:ſi
ue ꝑpetuo ſimilitudinē habeāt:ſiū ad tp̄us
ipſā exerceāt:ut ſūt homines uirtute præ
ſtantes de quibus nunc dicendum eſt.

ET TERrenos cole dæōes legitīa faciēs:

Aemōes hic appellat aīos hōinū v̇tu
te p̄ditoſ & v̇itate:tāq̄ doctos & pitos
Poſtea diuidēs ipſos ab iis q natura dæōes
ſūt q m̄diū ɔplēt genɔ.addidit terreōs ꝙ ī
citātibɔ v̇ſari qd᷑ t̄rena cōpora īduere:ꝙ ī
t̄ra hītare poſſīt:vt qum dæōes dicit eos a
malis & īdoctis hōibɔ diuidat.ꝙ uō ſupad
diderit t̄renos ab illis eos ſepat q ſemp dæ
mones & piti ſūt:& nāl'r ī t̄ra n̄ v̇ſāt.neq;
t̄renis cōporibɔ uiuūt. Nā hoc nom̄ t̄reni
dæōes nulli alt̄i ɔueīt:q̄ natura exiſtēti ho
mini q hītu dæmō fiat:deūq; ītelligat & co
gnoſcat:qum t̄tiū genɔ t̄renū ꝑprie dicat̄
& ultimū ī ſubſtātiis rōe utētibɔ & ī t̄rena
uita uerſetur.Primū igr̄ cæleſte genus ap
pellatur:medium uero aereum. Tertium
quoq; genus eorū quæ rōe utūt̄ ɔtinet oēs
hōies q n̄ oēs ſūt dæmōes: neq; oēs ſapien
tis & ea cā decēt̄ ſupaddēs dixit. Terrenos

dæões ſapiẽtes hõiẽs deſignaſ. nã nꝫ oẽs hõies ſapiẽtes ſunt: neqꝫ oẽs ſapiẽtes ſũt hõies: ſed etiã heroes clari & ĩmõtales dei q̃ p̃ſtãtiores hõibꝰ natura exiſtẽtes ſapiẽtes ſũt & clari: eos igr̃ hõies Pytha goras coli iubet q̃ ſeſe diuis gñibꝰ adiũ- xerũt: qq̃ꝫ dæmõibꝰ & ãgelis æq̃les fc̃ti ſũt. nec aliquo mõ ĩtelligere debeũs dæ monũ genꝰ uile aliq̃d aut prauũ hono- rare opõtere q̃d' q̃dẽ ut diciũs uſus oſtẽ dit. Qum certe nõ ꝯueĩat deũ amãti: & eiꝰ dignitatẽ ĩtelligẽti eã colere: aut ho- norare q̃ hũana ſbã peiora ſĩt. ĩmo neqꝫ ipſũ hõinẽ ꝯſeq̃nt̃ poſt meliora honora bimꝰ niſi p̃ſtãtõribꝰ ſil'is & diuæ ſocie- tati ꝯferẽdus fc̃ũs ſit. q̃s igr̃ horũ cultus ẽẽ oporteat inquit.

COLE legitĩa faciẽs. hoc ẽ nos opõtere pſuaderi & obtẽpare p̃ceptis & ĩſtitutis q̃ nobis maiores noſtri reliq̃runt: & ut legibus: ita eorum uerbis obedire: & il- lum uiuẽdi modũ tener̃: quẽ illi tenẽtes ĩ nos trãſferre ñ ĩuiderũt: ſed q̃i ĩmorta lẽ quãdã & paternã hereditatẽ v̕tutũ ele

mēta & ueritatis canones posterioribus
ɔſuare studuerũt:& ĩ cõmunẽ utilitatẽ
lrīs demãdarũt:qbꝰ si obtempauerimꝰ
& ſm eaꝶ documĩta uixerimus uerior il
lis honor & cultus fit quã siqs ĩferias &
funera sũptuosa & abũde illis sacra faci
at.talis enĩ p̃stãtioꝶ cultus ẽẽ debet ab
illo opifice deo ĩcipiẽs & ĩ hõies bonos
desinẽs qum ĩ medio sit cælestes & aerei
Qum aũt aliquoꝶ q̃ ĩ hac nr̃a uita v̓sãt
magnã nos hr̃e rõem oporteat:ut parẽ
tũ & cognatoꝶ q nõ oĩes boni sũt:oĩo
tñ pp cognatõis dignitatẽ honorari de-
bẽt eius rei cã subiũxit.Parẽtes tuos ho
nora & cognatos claros hõies tanq̃ præ
stãtis & diuos.pẽtes & ꝓpĩquos nãli cõ
sãguinitate nobis attinẽtes:utcũq; sit ob
ipsã cognatõis necessitudinẽ ut honorẽ
mus præcipit. Nam quod nobis dii cæ-
lestes per æternam cognationem sunt:
qui locum in nobis parentum tenẽt:qđ
ue heroes qui bonoꝶ cognatoꝶ:hoc in
hac mortali uita nobis sunt parentes &
cognati:& ob eam cãm post parentes ꝑ

ximi ueneradi sut. Quo igit & hos ho
norabimus? an ut modu uiuendi nrum
ad illorum sententia dirigamus. Itaque ea
opinemur: eaque faciamus quae illis fuerunt
grata & amica. Sed hoc pacto uirtutum
usus ad malitiae studiu uteret si forte co
tingeret parentes nros malos & prauos
fuisse uituperabimus ne oio ipsos ad ui
tiorum & malitiae uitupatoem & uilipendi
um? & quo huic legi ob tempabimus?
quo ideae illi diuae: cuius hic parentes &
cognati sunt simulacra? none si hos no
honorabius i illis peccabimus quibus hosce
assimilari diximus? & sic quae uidet uirtus:
quia parentu sententiae no obtempamus
a nobis exerceri ad maius malu nos in
cider constriget. Sin illorum uolutati oio
obtempabimus. a religioe iterum & ab alia
uirtute decidemus: si fote otigerit per pui
tate morum illos ad ea nos iducere quae recta
no sut. At si mores boi & ueri quos pa-
retes nobis pstat: sit: diis & paretibus filiis
praestadus est honor. Sed si diuis legibus
parentu uoluntas no obteperet. Quid

opotebit non facere ĩ hanc legũ contra
rietate incidentes: an hoc quod in ali
is contrariis & necessariis officiis circũ
uentos nõ decet seruare: nã maioribus
bonis ppositis: maiora minoribus prae-
ferri oportet: quãdo utrunq seruare nõ
licet: ut honestũ qdem est obedire deo
honestũ & parentibus: si utrorũq prae-
ceptum & suadela ad hoc tendit. firmũ
erit & lucro asscribemus: Sed si ad alid
nos ducat diua lex: ad aliud nos ferant
praecepta parentum: in hac uoluntatu
diuersitate deũ praeferri semp opõtebit.
In iis solũ parentib nõ obtemperãtes:
in quibus ipsi diuinis legibus non obe-
diuerũt. fieri enim non potest: ut q uir
tutis normam seruare student cum illis
conueniant qui a uirtute aberrarũt. In
caeteris uero omibus maxime parentes
colem: ut eor corpora curare pmte: &
libenter pecunias suppeditare. Iustum
enim & rectum est: ut ab illis comodita
tem capiant quos genuerunt & nutri-
uerunt. id uero qd ab illorũ successiõe

non depẽdet ab eorꝝ dominatione libe-
rum lex reliquit: quæ uerum patrẽ quæ
rere iubet: illũq; amplecti: & ut similis
illi fias maximam diligentiam habere.
& si utrunq; adipiscemur posse. s. offici
um nostrum diis seruare & humanis &
neq; ob considerationem uirtutis a cu-
ra parentum discedemus: neq; per igno
rantiam maximam omnium malorum
perfidiam suscipiemus. nam si mortem
quispiam hæc non seruãtibus nobis mi
naretur: nihil omnino timẽdũ erit: sed
scire potius & intelligiere oportebit: id
quod patietur esse corpus: & hoc solum
parentes nobis imputare possent: quod
genuerint. Illud uero quod non patit̃ li
berum custodire decet: & soli deo obe-
dire. Parentum igitur uerus honor erit
quem intentio ad uirtutem tradit. Cæte
rum neq; laboribus: neq; pecuniis parce
re debemus: immo hæc omnia parenti
bus libẽtes subiicere & subministrare.
Nihil enim relĩquere decet ob nostras
necessitates quod ad illorum curam &

17

quietem pertineat.tantoq; id magis de-
corum magisq; honestũ fiet:quanto la-
boriosius fuerit & seruile .neq; ĩpensis
parcere:immo decens certe est omnia
ad illorum necessitatem & usum suppe
ditare ac gaudere & lætari in laboribus
& impensis quas illis erogamus. Nam q
hæc læte facit legem uirtutis seruat:&
naturæ charitatem reddit. Talis quidẽ
esse debet qui parentibus tribuendus ẽ
honor. At in proximorum cultu qui se
cundus post illum qui parentibus debe
tur:ordinatus est:curam prudenť meti
ri debemus & secundum naturæ propĩ
quitatem tantum post patrem & matrẽ
singulis tribuere:quantum affinitas do
cet maĩfestũ enim est quãdoqdem & ĩ
libera his & sine dño uirtus existit.

EX ALIIS eum tibi amicum uirtute
facias qui optimus sit.

P Ost primum honorez in quo su
perioribus obligamur.& cõseqn
tem illi in quo parentibus & cognatis
decenter lex de captando amico datur:

quæ nobis consulit: ut iis qui extra ge-
nus nostrum sunt: eum nobis amicum
elegamus qui optimus sit. Iubetque ad
uirtutũ cõmunionẽ tali amico nos adiũ
gi opõtere: ut bonũ virum ob bonã cãꝫ
amicũ adipiscamur: & nõ ad alios usus
illius familiaritatem captemus: Vt hoc
præceptum simile sit illi quod de uirtuo
sis & præstantibus uiris qui ab hac vita
migrarunt: dedit. Nam ut ibi peritos &
excellẽtes ex hominibus solos: ut hono
remꝯ præcepit: ita hic suadet: ut bonos
homĩnes solos nobis amicos faciamus.
præbuit enim in aliis electionem. In pa
rentibus vero & cognatis naturæ satisfe
cit. nam parentis aut germani persona
honorari postulat. In aliis uero ut ho-
norentᷣ: uirtus est causa: ut in iis qui ab
hac uita migrarunt. Parentes autem &
cognati præter uirtutem honorãdi sũt.
ibi quidem dei & heroes: hic in hac uita
mortali patres & proximi. Talis q̃dẽ ẽ
prima amicorũ inquisitio: talis adeptõ.
Quæ uero illorũ cõseruatio esse debeat

18

quæ nobis ad societatem bonorum pro ficiat: & quo pacto amicus relinquẽdus sit: si in peius mutari uideretur. si monitis quæ illum ad bonam uiuendi uiam reducerent: nõ auscultaret cõsequẽter dicit.

HVMILIBVS Amico cede uerbis: & factis utilibꝫ: neq; amicũ tuum ĩ inimicum uertas ob paruam culpam quãtum potes. Posse uõ ꝓpe necessitatẽ manet.

Vo pacto amicis uti debemus hic incipit docere. & primum q dem iubet. ꝙ qum ad uirtutem nos amici inducunt: & si quid ad utilitatem nostram agãt libenter illis obtemperemꝫ. Lex enim amicitiæ ad hanc societatem nos coniunxit: ut nos scilicet ab illis ad augumẽtum uirtutis iuuemur: & a nobis illi: ueluti eos qui ꝑ communem bñ uiuendi uiam uadunt. quicquid alter altero melius uidet. aut ĩtelligit in cõmunem utilitatẽ proponere & docere opõtet. Benigne & humiliter amicis bene monentibus cedemus. benigne rerum

bonarum societatē illis prætēdimus:

E pecuniis uō aut gloria: aut re aliqua quæ ex his elementis quæ caduca sunt constet: nunquam cū amicis contendamus. hoc enim erat ob paruam culpam ad inimicitiaȝ cum amicis tuis non uenias qui in maximis & preciosis rebus tectum amicitiam seruāt. In omnibus igitur amici tollerandi sunt a nobis tāquam magna amicitiæ necessitate iunctis: nisi in uno. Nec uero decet si ī peius traducatur amicus: aut si a studio philosophiæ ad aliud male uiuendi exercitium pertranseat. nos illi cædere aut sequi una cum illis ab intentione & uoluntate ad uirtutem nostra discedentes: sed potius omni industria nitemur amicum ad bonos mores reducerē: quod si psuadere sibi nō possemus pacifice reliquēdus ē. quē neq inimicū pp præcedētē amicitiā illū nobis faciemꝰ: neq amicū tenebimus: qa ī peius se mutauit & a ṽtute discessit. Itaq huius rei gratia amicus qnq a nobis relinquēdus

eſt:qum amplius ſecum ad uirtutem cō
ſortium habere non poſſimus:cuius cā
& in prīcipio illuꝫ amicum accepimus.
Illud nihilominus maxime conſiderā
dum & ſeruandum erit:ne qum amicū
dimittimus:charitas illa: quam ſecum
habuimus ad inimicitiā uertať. Decet
eniꝫ & ſi ille ſe ab amicitia ſubtraxerit:
maxime & diligenter nos ſtuduere: Vt
ad id quod debet reducatur.non gaudē
tes amici caſu:neqꝫ paruitatem ſui ītel-
lectus ſpernentes. ſed laborare potius
& orare:& omnia conari ut amicus ad
ſalutem pœnitentiæ reducatur:quæ qui
dem ſpectant:ut cum amico de pecuni
is aut gloria non contendas.ne ue cum
iniuria ſocietatis amicū relinquas:neqꝫ
illius dānum ad tuum uſum cōuertas.
Qum aūt ad bñ conſeruādum amicos
& rōe qum opus ſit eos reliquēdū & ſi
ad pœnitētiā ſe reduxerit reuocādum:
Indulgētia & patiētia nr̄a multum cōfe
rat nullā rē quæ ad amicum pertineat
paruifacere:neqꝫ ad qd eis obligemur

ſcrupuloſe inquirere debemus:ſed quā
tum poſſibile fuerit ferendi ſunt.& ob
eam cauſam ſubiunxit. QVANTum
potes. Poſtea ne illud poſſe pro uolun
tate aliquis & non quantum neceſſitas
adiuncta patietiæ noſtræ ĩuenit:conſi
deret:addidit. POSSE autem prope ne
ceſſitatem manet. Nam om̄is homo ne
ceſſitate coactus plura poſſe oſtenditur
quam putauerat non coactus. Tantum
igitur amicos magnanimiter nos ferre
oportet:quantum neceſſitas nos poſſe
oſtendit. Itaq; id quod ſubito intollera-
bile ſæpe uidetur:per neceſſitatem ami
citiæ feretur. Non enim ea ſolum forti
ter ferre decet quæ nobis iniunguntur:
ſed etiam quæ pertinent ad conſeruatō
nem amicoꝝ:& ad eoꝝ ſi aberrarint re
ductōem. maiore patientia digna ſunt:
qa diuæ neceſſitatis p̄cepta ſūt. Potēti-
or aūt apud ſapiētes uiros mentis atq; ĩ
tellectus neceſſitas ē. q̄ uiolētia extrĩſe
cus illata. Siue igitur ad circūſtantiū re
rū neceſſitatē inſpexeris:ſiue ad eam q̄

disciplinis & ītellectu explet. Et diuinis legib⁹ ꝯuenit potētiæ tuæ mēsurā īueni es: quā nūc hæc orō oñit afferri opōtet qum illis pſuadeꝛ uolum⁹. Itaqꝫ ñ facile oīa q̄ ad aiūꝫ nr̄m ñ ſpectāt puifaciēs & īdignuū ēt putās: ut qs quēpiā cupiditate: aut pſimoīa reꝝ externaꝝ ex amico īimicū faciat: iubet: ut ſiñ dr̄a hæc talia puipēdam⁹: & decidētē amicū ꝛuocem⁹ Ac ubiqꝫ hāc ſnīam habeamus: ut q̄tū ī nobis ſit amicos ſuem⁹: & eos q ad pei⁹ ſubtracti ſūt: iteꝝ acqram⁹: nꝫ pīcipiū aliqd ut ad īimicitiā ꝟtat ꝑbeam⁹. neqꝫ ſiqs ex ſe nobis ex amico īimicus fact⁹ ſit æq̄ ad īimicitiā ꝛſpōdeam⁹. Hæc qdē dictat & uult bonoꝝ cōſuetudo: & lex amicitiæ q̄ maxīa īter alias ē uirtus: qm̄ pfecte apparet. Nā ꝟtutū finis ē amicitia. Pīcipiū uō ē religio Et ē qdē religionis rō & ſmo omiū bonoꝝ nobis pīcipiū & ſemē amicitiæ quoqꝫ hītus pfectiſſim⁹ omiū ꝟtutū fruct⁹ ē: vt enī iuſtitiæ rōem hēre debem⁹: ñ ſolū erga illos q iuſte nobiſcū ꝟſāt: ſed ēt erga eos q īiu

riā nobis īferre conāť: ne p iniustitiā ad si milē cū illis malitiā īcidamꝰ: ita curā hēre oꝫ amicitiæ. hoc ē hūaītatis erga oēs q eius dē gñis nobiscum pticipes sūt. Ea uō q̄ ad amicitiā ptinēt apto & decēte ordīe pēsabiūs. bonos viros qa pfectōnē hōis suarūt pp eoꝝ nām & qa recte sēserūt oīo caros hēamꝰ: malos uō qa p eoꝝ sētētia nihil ad electōem amicitiæ pbuerūt obsolā cōem nām amabimꝰ. Quā ob cāꝫ recte diciť. nemo ē vtuoso uiro īimicus. & qđ solus hō bonus ē sibi amicus. Nā si hōiem amat uitiosū hōiem īimicū ñ iudicabit. si āt ad eiꝰ cōsortiū virū vtute pditū q̄rat: bonū ex oībus eleget: deūq; ī pēsatōe amicoꝝ imitabitur: q qum neminē oderit: bonū maxīe diligit. Nā bonū charitatis cōi hominū gñi ptēdēs sigłos put mereť ītributōe dignos deceť facit. bonos enī ad se trahit. Eos uō q a vtute sese ab aliēarūt iustitiæ legibꝰ vt ad dēbitū ꝯdecēs se ꝯvtāt dirrigit. Q đ q dē utrisq; cōmēsuratū ē & utile. Sic & nos decet erga oīs hōies cū digna ītributōe amicitiā suar. nā cōtinētiā & iustitiā erga oēs suar debemꝰ. & ñ solū erga iustos & ꝯtinē

tes: nec bõi bõis erimꝰ: mali malis; Sic enĩ
cũ iis q̃ a v̓tute deciderũt facile mutaremũ
nl̃lũ ꝓpriũ bonũ hñtes: qđ ſẽp & erga oẽs
tenere & ſuare debemꝰ. Si ãt hitũ v̓tutum
poſſidemꝰ: ñ ẽ ĩ alioꝝ uolũtate nos illa pri
uatum iri: neq; ob rẽ aliq̃ ſuſpĩcidẽtẽ ĩſtitu
ta & diſpões nr̃as alienabimꝰ. qum ex lege
v̓tutis fœlices ſimꝰ. nã q̃ in cæt̃is v̓tutibus
ſuari đbebit hoc ẽ ĩ aĩcitia: quæ charitas &
amor erga hõies maxĩa: ut ſupra diximus
uirtutũ ſit. Et charitas q̃dẽ cõiť reſpicit ad
oẽs: ꝓprie uõ ad ſolos bonos: vñ & aĩcitiæ
nom̃ ſibi maxĩe accomodat. Et hæc quidẽ
de his ac conſequenter ad alia ꝓcedamus.
HAEC q̃dẽ ita cognoſcere. Cõſueſce ab-
ſtinere his. Vẽtre ĩprims & ſomno & lu-
xuria & ira. HEya igr̃ demẽtiã & ãi fa-
tuitatẽ oẽm ꝑ ordinem recta diſciplĩa fre
nemꝰ. nã ťbati ãi ꝑtes ꝯſecutĩæ alia aliã ad
uiciũ trudit: vt uenť nimis plenꝰ mľtũ ĩdu
cit ſõnũ: atq; hæc vťq; veť & ſõnꝰ ſꝑmatis
habũdãtiã q̃ nulla moderatõe hõiem exci
tat ad venerea: & id ãi quo cupimus ad in
continentiam acuit. hæc poſtea iracundiã
ſecum ferens hoſtiliter oĩa ꝑtranſit nunc

cibos nūc potōes sibi uēdicās ꝑ cōcubīs pugnat: & aliñ alias uoluptates adipisci ɔtēdit. Cōsuesce igr̄ hæc ɔpescer̄ a uētre prīo īcipiēs: ut illæ spēs āi q̄ siñ rōe sūt rōi pareāt. Ac tu ipse ī te r̄ligionē: & erga parētes honorē & oīa q̄ pauloañ orō suasit. siñ digressu ſuar̄ possis. nā ut prima ſuemꝯ: seqntia oñdūt. illa qdez oīa ꝑuaricāt̄ si ꝑturbati āi potētiæ rōi ñ obediāt. qppe aut ira nos ɔtra parētes mouebit. aut cupiditas ut illis ñ obtēperemus armabit. Et iteꝝ aut ipsa ira ad ɔtumeliā ɔtra quēpiā: aut cupiditas pecuiaꝝ ad ꝑiuriū nos excitabit: & certe mala oīa ab ipsis ꝑturbatis āi potētiis nascūt̄: si ipsiꝯ eiusdē āi rō ipās ñ dirrigat. hīc divsæ ꝑfidiæ: hīc bella ītestīa: hīc amicoꝝ ꝑditōes: hīc totius iniqtatis gn̄a oriūt̄: Itaq̄ aliq exclamar̄ cogūt̄. Scio eqdē q̄ mala facturꝯ sū. sꝫ ira ɔsiliis meis ē superior. Alii uō ul̄ ipsi iidē alia uice clamāt. Scio equidē quæ mala facturus sum: sed cupiditas meis consiliis est superior & recte quidem mihi dicere uident̄. passus

ſum quæ multi: non facile obedio. Sed rationale genus quod natura aptum eſt ad rerũ bonarum intelligentiam: recte reminiſcitur. & excitatur ad recti ſmonis doctrinam quando potẽtiis illis turbulẽtis tãq̃ plũbo: ad uitia & malitiã nõ deferatur. Decet igi nos & oportune cognoſcere & dementes ipſas & ſtultas potẽtias aſſuefacere quantum poſſibile eſt: ut rationi noſtræ obediant. Sic enĩ animi paſſionibus frenatis: mẽs noſtra ſufficienter & ordinate prima præcepta ſeruabit. de quibus dictum eſt.

HAEC aũt ſic eſſe ſcito. De conſequẽtibus autem dixit. CONSVESCE abſtinere Oſtendens ꝙ ratio per doctrinam & ſcientiam ordinatur. Dementia uero per conſuetudidẽ & corporis quodãmõ fictões. & ſic aĩalia bruta ſola cõſuetudĩe ab hõibus ducũt. Si uẽter igr̃ conſuefiat moderata appetere: alias corporis cupiditates ordinatiores ꝑbebit. & impetũ animi moderatiorẽ. ut æquo animo quid deceat: quid ue oporteat

a familiaribꝰ uitiis nō impulsi consulte mus: vnde & nosmetipsos: ut sumus uere cognoscere & habere pudori: quæ cognoscimus addiscamus. Naꝫ ex hac cognitione: & cognitioni adiūcto pudorē. sequit ut res turpes fugiamus: qum oīa mala turpia esse dicūtur: quia nō honesta sunt. & indigna ab homine pertractari de quibus sequētes uersus præcepta tradunt.

TVRPE Nihil facias unq̄ solus: neq̄ cū alio & maxīe tui ipsius te pudeat.

Erte siquid turpe soli commiserimus quod cū aliquo eorum q̄ nobiscum essent: pudore nūquam fecissemus. & e contra si conducti a quibusdā ea facimus quæ soli non fecissemus: ad audaciā sceleris societate participantiū moti: æque turpe putamus. Quāobrem utrāq̄ peccādi uiā amouit: Si āt qđ turpe ē uere fugiēdū ē: nūq̄ certe cōstātiis fieri poterit: ut eligēdū sit. Itaq̄ utrunq̄ cōiūxit īquiens: NEQ VE solus neq̄ cum alio: ut neque solitudo te ad turpia

sollicitet: neque societas facile te ad scelus moueat. Postea subiunxit causam q̄ sola scelus omne expellat: & maxīe tui ipsius te pudeat. Si autem consueueris te tui pudere: habebis ubiq; tecū quē ue reare custodem: qui a te neque fugiet neque separabitur: qum amicis & domesticis discedentibus in solitudine relicti ea multi fecerunt: quæ ī illorum præsētia fecisse puduerat. An nullum habebant adsistētem (ommitto deum). Longe enim hic est a scelerum conscientia: habebant certe se ipsos & conscientiæ iudiciū: sed passionibus distracti secū habere non intelligebant. Nam hi ratōnem quæ in ipsis est spernunt: & seruo uiliorem faciunt. familiarissimum ergo procuratorē te ipsum tibi adhibe: & ad hūc te sæpe uoluens: ita te tui dominū facias: ut mala & scelera fugias. Nā sui pudor ex necessitate facit: ut turpia & indigna uiro qui ratiōe utitur: uites. is quoq; q sic ut dictum est scelera & uitia spreuit quo pacto uirtuti sese adiungat

& familiarem facit cōſequenter docet.
IVSTITIAM exerce re & uerbo. Ne
que ſtulte te ipſum habere circa quicq̃
conſueſce. Sed ſcito quod mori fato da
tum eſt omnibus. Pecuniæ uero q̄n̄q ac
quiri conſueuerunt: q̄n̄q ammitti.

QVicunq ſui ipſius pudorem ha-
bet: ſeruator & cuſtos ſui ipſius
fit: vt necubi vitiis incidat aut malitiæ.
Vitiorum vero genera ſunt plura. nā
id quod rationi aduerſatur eſt impru-
dentia: animoſitati timor: cupiditati pe
cuniarum & uoluptatis affectio: omni-
bus ſimul animi paſſionibus iniuſtitia:
q̄ mala ut uitemuſ q̄dripartite nobis vir
tutes diuiſit imprudentiā: quæ circa iu
dicium uerſatur fōtitudinem quæ circa
animoſitatem continentiam quæ circa
cupiditatem. Iuſtitiam circa omnes ſi-
mul animi potentias perfectiſſima ē: &
oēs alias uirtutes cōtinet & āplectit̃ tan
quā eius ptes. Quāobrē & iuſtitiæ prīo
mentionem fecit. Poſtea prudentiæ &
conſequenter optimorū operūq ab ipā

24

consulendum inducimur modus uiuẽdi secundum naturam uitæ seruat essenti am. Importuna uero uolũtas quãtũ pos sibile est ipsam essentiam demolitur & destruit. Destructõ enim ĩmortalis rei est malitia & uitium facti: cuius malum consiliũ est mater. quod ut fugiamꝰ: rõ monet: ut stulta quæ facimus non sint. Stulta enim misera sunt & mala. dicere quoqꝫ stulta aut facere uilis & timidi ho minis est: hoc est infœlicis proprium. si autem ante opus consultaueris: neqꝫ di ces quicq̃ stultum neqꝫ facies: in quibus tristari & angi necesse erit eos: qui non recte consuluerunt. nam defectus & ta bes electõnis pœnitentia ostẽditur. res enim & experientia nocumentũ docet: ut ipsiꝰ boni consilii effectus recte & iu stæ electõnis in operibus utilitatem de monstrat. utilitatem dico non corporis aut earum rerum quæ extra corpus sũt Sed nostrum quibus cõsultare añ opus præceptum fuit: & illa perficeř: quæ nõ tristificẽt nos: hoc est animum. nam q̃

utilitas nobis euenire poteſt homicidiis aut aliis ſceleribus: aut pecuniarum preda: & extra ditari: & pauperem animuȝ fieri: uitiis superuenie͞tibus: & ī hoc aut imprude͞tem eſſe. & ob id ipſum infortunium & malum augume͞taꝛ: uel ītelligere ea quæ ſceleſte comiſeris & conſcientia torqueri & pœnas timer̄ quæ apd̄ īferos retribuu͞tur. qui uero ad hoc inciderunt ſolam malorum medicinam inueniunt putare & credere aīum noſtrū poſt mortem nihil fore: itaq; tanta calamitate circūueniuntur: ut a nihilato͞ne animi eorum malitiam curant: & ſolentur. & interitum poſt mortem ſui ipſius diiudicāt fugam fore laborū iudicii. Malus enī & ſceleſtus: eius animam īmo͞talem eſſe no͞ uult: ut cruciatus pœna no͞ ferat. & apud īferos iudicem no͞ inueniat: atq; ſui ipſius finalem īteritum decerit. tanquā deceat malam aīam no͞ for̄. Sed hic quidem malo conſilio ad malitiam ſubductus decenter ultra q̄ oporteat co͞tra ſe ipſum ſe͞te͞tiā ꝓmulgat. Veꝶ

Iudices qui apud inferos ſunt qꝫ ſecuti
dū ueritatis normam iudicium faciunt
nō iudibabūt animā omnino īterire de
bere: ſed malam eſſe: & vt malum ſuum
diminuat curabunt. ac pro ſalute & cō
ſeruatōe naturæ more medicorum fer-
ro & igne mala ulcera curātes peccatoꝝ
culpas exigent: & pœnitentia malitiam
animæ nō exiſtentiā auferre nituntur:
ſed ad ſe potius reducunt per purificati
onē affectōnum pernitioſarū. dubitari
quidem quodāmodo poteſt: ne hūanus
aīus ad nō ēē ſubducatur. qum a ſua na
tura diuertit: ueluti qum ad ſuam natu
ram reuocatur ad propriam ſubſtātiam
reducitur: atqꝫ purum & ſincerum ēē re
cepit: quod cōmixtionē paſſionū corru
ptum fuerat. Quāobrem omnis homi-
nes niti oportet maxime ut nō peccēt.
peccātes uero tāquam ad malitiæ & pec
cati medicum ad iudicium refugere &
malum conſilium bono conſilio corri-
gere qum a bonitate deciderimus. Re-
cipiemus igitur exiſtentiā nr̄am ſi fida

firmaq; pœnitentia diuinā correctōem acceptauerimus. Nam talis pœnitentia philosophiæ prīcipiū fit: & uerbo℞ opū que stultorum expulsio & ad probataz uitā primus aditus. nā qui ante opus re cte beneq; cōsuluit in molestū dolorem nō īcidit: neq; decipitur: prīcipia & cās tradēdus iis rebus quarū fines & exitus sibi gratia in futuruz non sint: sed rerū casus considerās præsētia futuris cōpo-nit. Itaq; neq; expectatōe rerūq; fœlices uidentur: sincerū & uerum bonum nō intelligit: neq; timore aduersitatū aliqd mali aut īiusti faciet. Vitā enī suā firma mēte dirrigit ad diuina pcepta. ut āt ītel ligas timidi hominis ēē stulta facere aut dicere. Inspice Medeam tragœdia ea q̄ secum luget: quæ incōsulte propinquos amore illicito decipiens peregrino se se tradidit viro: a quo postea spreta: duris-sima pati putat: atq; ex tali opinione au dis qualia exclamet. In caput meū flam ma cælestis irrumpat. & præmittit stul-te rogitans ad facta scelesta ea fieri quæ

facta sunt. Postea calamitates ĩ quas in ciderat calamitatibus curare nititur. At que etiã si uis inspice Agamenonẽ apd' Homerum qui dans ĩtemperatæ iracun diæ pœnas lugẽs exclamat. Furia me te net. Cor erũpitur: & ĩflãmatõem lumi- num qua diu ob iracundiam flagrabat: decidẽtibꝰ mutatisq́ illi rebꝰ lachryma rum abundantia refugerauit. Talis qui dem ẽ om̃ium stultorũ uita huc & illuc contrarii affectõibus cadens. nã ĩ uolu- ptatibus est odiosa: ĩ tristitia miserabilis Audens uero temeraria: timẽs quoq́ pu silanimis: & omnino boni rectiq́ consi lii & generosi animi expers est: & mẽtẽ fortunæ supponit. Vt igitur talibus re- bus non implicemur dicẽtes stulta: aut facientes recta ratõe ĩ om̃ibus utamur ducem: Socraticum illud explẽtes: nulli meorum credere possũ: nisi ratõni quæ cogitanti mihi recta uideatur. Quippe omnia quæ ad seruiendum & ad obseq̃- lam ratõnali existentiæ conceduntur: nr̃a sũt: nõ nos illa sumus: ut ẽ irãcũdia

Ũba socratis

cupiditas:ſenſus:ipſum corpus ad uſuꝫ inſtrumenti talibus potentiis datum:q̃ tum nulli credere debemus niſi rectæ: ut Socrates dicit ratõni:quæ ſecundũm naturam diſponens diſcernere poteſt: quid fugere:quid ue ſequi opõtebit.nã rectæ ratõni & Deo obtemperare idem eſt. Ratõnale enim genus ſuũ ſplendo rem ſortitum.illa eadem uult:quæ diua lex determinat.Animus quoqꝫ ſecũduꝫ Deum diſpoſitus eadem cupit quæ Deus & quæcunqꝫ facit ad diuinum ſplẽdidum illd᷎ peragit.At animus qui e cõtra diſponitur ad impium impellitur:& obſcurum ueniet ut accidit deductus tanquam a ſola bonorum regula:hoc ẽ ab intellectu:& Deo decidens.Hæc & talia ſunt boni conſilii fœlices effectus:& cõtrariæ diſpoſitõnis infœlices.nam conſultare añ opus ꝑter alia bona q̃ in ſe habet:dubitatõnis cauſas tollit.& ad ſciẽtiæ acquiſitõem nos aduocat. & optimã atqꝫ ſuauiſſimã nobis mĩſtrat uitã q̃ quidem per ſequẽtia probat.

NIL FACITO quod nescias & disce quæ ut discas opus ē & dulcissimā hoc modo uitam perages.

N Ihil incipere quod nescimus siñ errore nos solum seruat. discere uero quæ ad optimam uitam pertinent non solum nos ab errore dimouet: sed optatū finē nobis ĩ rebꝫ ꝓbet. Prudētia enim temeritatem ex ignorantia & suspitōne ortam scindit & expellit. Nam qui acquirit ut peritiam rerum habeat: factorum expeditōnem acquirit. utrun que enim utile est & ĩtelligere quas res ignoramus: & addiscere quæ nescimus quibus rebus adiuncta est optima & suauissima uita. quæ suspitōne caret & est rerum pueritia plena: quippe quæ nihil tentat quod nescit & addiscere cupit q̄ sunt digna scitu: digna quoque ut addiscimus illa solum putat quæ ad similitudinem Dei nos inducunt. illa dico q̄ faciunt: ut añ opus cōsultemus: ne stulta sint. & ea quæ nos nō ꝑmittūt debitū iustumque transgredi ope alicuius: aut

oratõne:& ea quæ nos ad diiudicandu3 differentiam eorum quæ nobis accidũt idoneos facit & ea quæ persuadẽt & hõ tantur:ut cælestes fortunas patienter & pacifice feramus:& curari uelimus:& q̃ docent paupertatem sine timore:& mõ tem ferre:& iustitiam exercere.& uen- tris & eorum quæ ad uentrem pertinẽt continentiam:& parentum honorem: & ea quæ nos ad seruãdas amicitiæ leges impellunt.& ea quæ religionis generis Deorum ostendunt. Hæc & talia sunt quæ præsens oratio addisci oporteẽ præ cipit:quibus adiuncta est:ut superius di ximus:uita suauis & optima. Nam qui ẽ uirtute præditus fructum accipit a uolu ptatibus quæ nullam pœnitentiam infe rant:quæque ipsas uirtutes imitantur. naturaliter enim omnis uoluptas ab ali quo actu dependet nõ ipsa per se subsi stit: Sed adiuncta est rebus quæ nobis aut hoc faciũt: aut illud. Itaque uiles & uitiosos actus malæ sequnẽ uoluptates. meliores uõ uirtutes imitanẽ:unde qui

uirtutæ præditi sunt: non solum bonita te malos superant: sed etiam ipsa uolu- ptate propter quã solã uidetur uitiosus ad malitiam subduci. nam quanto affe- ctus unus alio affectu melior est: tanto magis unam uoluptatem q̃ aliam elige re deberemus. Qum igitur uita quæ cũ uirtute ducitur: ut Deo similis fiat: stu- det: certe diuina illa quoq; quæ cum uiti is ferina & impia manifestum est quod uirtuosi & boni hominis uoluptates de orum lætitiam imitantur intellectui ad iunctæ & Deo. Vitiosi uero & mali ho- minis uoluptas scit hoc commune uer- bum: ut temeraria fera mouetur. Nam uoluptates & calamitates in medio sitæ sunt: ex quibus qui: unde: quando: & q̃ tum oportet: acquirit: fœlix est. qui ue- ro harum rerum mensuram ignorat: ĩ fœlix. Itaque qui suspitiõne uitam suam purgat: solum sine errorẽ manet. & si eã peritia rerum impleat purgatus est: & p fectus: cuius uita dulcissima simul est & optima. Ergo quæ nescimus nunq̃ agre

diamur: ac quæ ſcimus tunc operemur. qum oportet. ignorantia enim malitiã ĩ ducit: ſed rerum peritia opportũitatem quærit. nam multa quæ bona ſũt & uir tuti innituntur: mutatõe temporis fiũt uitioſa. Intelligendum igitur præceptũ illud eſt ex ordine. nam qum hortatur: nihil temere & ſiñ maturo cõſilio ad fa ciendum aggredi: ut ſine errore ſimus: docet. Qum uero ſuadet nos addiſcere non omnia: ſed ea ſolum quæ neſcimus ad optima facta nos inducit. non enim ut non errando conſtat recte factum: ſed in cognoſcendo ea quæ factu oppõ tuna ſunt: quorũ hoc quidem ſuſpitio- nis purgatio. illud autem rerum cogni tio facit. In quibus duobus non errare: ſcilicet & recta facere aduerte quid tibi perſequatur. eo modo ĩquit. dulciſſimã uitam perages. quæ autem hæc? ea certe ſola quæ a uirtute uoluptatẽ acqrit. hĩc enim ſimul concurrũt & bonum & uo- luptas. Si igiẽ bonũ cupimus: cupimus & dulce: quod uitã ſuauiſſimã appellat.

52

Qui uero uoluptatem cum turpitudīe eligit: quāuis parumper ob illud dulce lætetur: tamen propter turpitudīem ad molestam pœnitentiam uenit. At ille q uirtutem laboribus mixtā aliis rebus p̄ponit: q̄uis propter inconsuetudīem aliquantulum patiat: qum coniūctio boni diminuit laborē: & tandē a uirtute puram sincerāq; uoluptatē colligit. Si autē qs cum uoluptate turpe aliquid faciat. uoluptas discedit: turpitudo manet. Ex quibus facile apparet uitiosam hominū uitam molestiis ex necessitate plenam esse & doloribus. Virtuosa; uero suauitatibus & dulcedine: & hæc super his satis. Qum autem & corporis instructio ad animi perfectōnem refertur uide cōsequenter quid subiungat.

NEC SALVTIS CIRCA CORPVS NEGLIGENTIAM HABERE OPORTET. SED POTIONIS ET CIBORVM ET EXERCITIORVM MENSVRAM FAcere: MENSVRAM DICO QVAE

TIBI molestiam nõ inferat.

Ortale cõpus ad deductõem hu manæ uitæ pro ĩstrumẽto nobis datum: neque superfluo cultu pinguefa cere decet: neq͡ nimia ĩdigẽtia affliger̃: nam æque utrunq͡ eius usũ ĩpedit & au fert: ĩmo mediocriter ipsi ĩdulger̃ debe mus: & neq͡ ĩiusta patiens: neq͡ morbo ægrotũ spernere. præceptũ igit̃ hoc hõ tatur corpus nobis secundũ naturã ser uari opõtere: ut expedite: atq͡ liber̃ opã suam duci aĩo præbeat: utq͡ traduci seq que possit ad quãcunq͡ partem ille iube at. Animus eniꝫ corpore utitur. corpus aĩo usũ præbet: cuius curã & diligentiã habere oportet bonum artificẽ. nã non opꝰ ẽ solũ: ut illo vti uelimꝰ. sed cõueniẽ ter ꝓuider̃: ut robustũ & bñ sanũ nobis mĩstret & ꝓuiat. eiꝰ enĩ natura ĩ ꝯtinua generatõe & corruptõe uersat̃: & ĩpletõ & euacuatio ipsũ nutriũt. nã mõ cibus qđ egessit supplet: mõ exercitia qđ sup ẽ: euacuãt. Mẽsurã igit̃ cõstituere opor tebit ĩplẽdo aut euacuãdo. Mẽsura auteꝫ

53

ẽ rõ coaptãs & cõiũgẽs corporis habitũ opibus ãi:& ob eã rẽ diligẽter curandũ ẽ:ut talẽ corpori salutẽ præstemus quæ philosopho cõueit. Sic igiẽ ea exercitia faciemus:ea nutrimẽta eligemus:q̃ nõ nimium corpus pĩguefaciãt:neq; ultra modũ mẽtẽ ĩpediãt. nõ enĩ simpliciter corporis curã hr̃e debemus:sed cõporis mẽti:& ĩtellectui ŝuiẽtis. Q r̃ nutrimẽta q̃ athletis ptinẽt relĩquẽda sũt. Curæ enĩ corporis solũ rõem habẽt:nõ ãi. Atque oĩs qui cultus corporis appellaẽ fugiẽdus ẽ. nã obstat splẽdori & luci ĩtellectus animi: Quãtũ aũt ad doctrinã cõsyderatõem & bonoꝝ opũ pfectõnẽ cultus corporis bõæ hĩtudini subŝuire & pdesse põt:tm̃ suo corpori ĩdulgebit is q prudẽtis viri vitã eleget. & ob hoc subiũxit. Mensurã dico q̃ tibi molestiam nõ inferat. Tibi inquit præceptorum priorum custodi:qui animus rationalis es: culturæ corporis mensura non noceat. Tales enim cibos:talesque potiones & exercitia Eligere oportet quæ Corpus

ad uirtutes ipſum faciãt obſeqoſũ:& q̃
nõ ferãt ſtultas effectões ad commotio
nẽ rõis:q̃ in õi re dux nr̃a ẽẽ debet. Ma
gna quidem ĩtẽtõe cõſyderare opuſ erit
menſuram diligentiæ & cultus circa cõ
pus. ab hoc enim naſcitur cauſa malorũ
affectõnum: non obedit malus equs. nõ
ſimpliciter omnibus: ſed illi aurigarum
qui lora opportune non tractat. In mẽ-
ſura uero circa corpus ea cauſa de potõ
ne prius q̃ de cibis præceptũ dedit. quo
niam difficilius abſtinemus uino quod
corporis bonum habitũ corrumpit. Nã
multo facilius labimur potui. q̃ comeſti
oni. Gymnaſia uero tria ordinata ſunt:
quæ ciborum impletõnem corrigant &
rectificent: & rurſus vt cum ſanitate nu
triamur: præparantur. nam quaſi ĩ cir-
culo hæc adinuicem cædunt: nutrimen
tum & exercitia: & exercitia & nutri-
menta. Vt enim quis exerceri recte poſ
ſit bene recteque eum nutriri oporte-
bit: Sic ut ſalubriter nutriatur mode-
ſte exerceri. Horum uero mẽſura ẽ alia

alii ad proprium exercitium culturæ cor poris cuilibet conuenientis. omnes enī student corpus instrumētum facere ad illam rem quam elegerunt. luctator agi litatis ad palæstram. colonus laboruꝫ ad agriculturam: atzalius ad alidꝰ trahit & coaptat corporis adminiculum. Ac phi losophus ad quid inspiciēs uolet cōpus instruere: & cuius rei instrumentū stu- debit: ut fiat. manifectum est ꝙ philo- sophiæ & operum ad eam spectantium. Vt igitur corpus prudentiæ instrumen tum esse possit nutries illud & instrues Præcipue quidem animæ curam habe- bis: ob quam & corporis habenda est di ligentia. nō enim ipsum corpus animæ præponēdum ad cuius usum nobis tra- ditum est: neque omnino negligēdum propter ipsam animam: sed conuenien ter & ex ordīe corporis curā tanq̄ de in strumento habere: eamque referre ad animi uirtutem & corporis sanitatem: quā ob rem non undique appetitiui cor poris obseq̄mur: sꝫ solū q̄tū opōtet. Sūt

enim aliqua quæ auferri ſumique non decet quia grauant corpus & ſpiritum animi ipſi corpori inſitum ad paſſiones materiales trahunt. de quibus in ſequẽtibus eſt præceptum: quod ait.

VITA EDVLIA QVAE DIXImus in purgatõnibus & liberatõne animi diiudicans: talia enim omnino relinquenda ſunt.

EX iis uero quæ accipere & comeder̃ licet & quantitate3 menſurabis & tẽpus: & ut dicit Hippocrates. horam perſcrutaberis: locũ: ætatem: & oĩa quæ eius generis ſunt. non conſyderate concedit comedere ea ex quibus accipere decet: neq̃ ĩdiſcrete iuuenem & ſenẽ ſimiliter dietare cõuenit: neq̃ ſanum & ualitudinarium: uel incipientem philoſophari: & eum qui ad ſummum philoſophiæ proceſſit. hæc autem omnia ſil̃ comprehendit pythagorica mẽſura cu3 illa additõe: hoc ẽ q̃ tibi moleſtiã nõ ĩferat. oĩa enĩ q̃ adiuuãt bonã rectãq̃ phĩ uitã ad ĩdulgentiã cõpori adhibẽda for

hoc breui uerbo hортatus ē. Qum enim de salute animi dixisset: addidit. neque bonæ ualitudinis circa corpus negligentiam habere decet. Ibi enim utentis animi uirtutem ostendit: hic instrumenti salutem: Coniunge igitur hæc illis & inuenies quis ille sit quem hortatur talem oportere seruare mensuram & ordinē circa corpus: quæ tibi molestiam non inferat: quæq; non impediat philosophi ꝓpositum in auxiliando animæ ad uirtutem ducenti. Potōnis aūt & cibi mensuram dixit ratōem quæ superfluitates & defectus dehortatur. Medium uero & mensuram hortatus est: ex quo facilius possumus uentrem: somnum: uenereꝫ: & iram cōtinere: hoc quod nunc mensura dicit: īmensū ī illis repħēdit & punit: & tristē ægritudinem expellit: & diligentem aīum ad Deū trahit. Oportet enī dū ipse aīus ad ītelligendū uersatur sinceritatē & qetē habere a turbulentis affectōnibus atque īferiora bene recteque sibi ordinare ad supernorum consi

deratōem & intelligentiā. hoc erat mē-
sura quæ molestiam tibi nō inferat. hoc
continere uentrem simul & instrumen
to salutem parere. hoc uirtutem animi
ostendere. hoc cōporis habitui non no
cere. pars enim uirtutis est intelligerē &
scire salutem instrumento præberē & ip
sum ad philosophicum usum coaptare.
Qum non solum in comedēdo & exer
citiis est corpori cura adhibenda: sed in
multis aliis: ut in uestimentis: calceis va
riisque aliis uasis & supellectilibus &
opinione omnia hæc suscipiēte. opus er
go est ut in his mensura habeatur: quæ
delitias exterminet a nostro uiuēdi mo
do: & sorditatem apte igitur subiūxit.

CONSVESCE Dietā hr̄e purā & fir
mam.

Tude ea facere: quæ īuidiam ali
is non inferant. non expendas
importune quæ bona sunt. id enim est
imperitorum: neque illiberalis esto. nā
in omnibus modus est optimus. Non
solum inquit in eduliis & potionibus

56

mensura est optima: sed in omnibus ali is. Ea enim expurgat quodcunque pecca- tum per superfluitatē: aut defectum cō mittitur. nam in omnibus quæ supra di ximus multa extra mensurā fiunt. alia quidem ad immoderatas mūditias: alia ad sorditatem nos impellunt: quorum utrunque uituperandum est: & alienum a maioribus philosophorum qui cōmo ditatem & modestiam cōporis consyde rant. Anima enim lauticies delicatio fit & molities: ut nimia parcitas sordidum & immundū: ut igitur neque illud patia- mur diu lauti: neque hoc parci dum ēē ue limus: stemus in medio. & a uitiis utrin que adiūctis declinemus: & alterum al terius continentiam facientes ita parce uiuamus: ut non sordide: atque ita laute: ut non deliciose. Quāobrem mensura omnino āponenda est in omi corpo- ris apparatu: & tale uestimenti genus eligemus quod mundum firmumque sit: idque cupiamus ad omnem corporis or natum: qui mundus sit & diuturnus.

decet enim ratõnalem aĩum qui corpo-
ris dux est. omĩa quæ ad cõpus pertinẽt
ipsi ducenti ratõni subordinare: quæ ne
que delitias: neq; sorditatem fert & con
syderat omnia oportere esse modesta q̄
suæ dignitati conueniunt. ipsa enim ut
ad delitias non trahatur parcam uitam
exercet: utq; sorditati & turpi materiæ
nõ habitet mũdum & sincerum eligit.
ut uestem non subtilem: sed mundam:
uasa nõ aurea aut argẽtea: sed ex alia mi
nus preciosa materia munda: nihilomi
nus domum non preciosis lapidibus flo
rẽtem: neq; ultra modum magnam aut
pulchram: sed aptam usui corporis hu
mani. In omni modo uiuẽdi delitias tã
quam rem non utilem excludit. Medio
critatem uero mundam: ut maxime sa-
tisfacientem humano usui hortatur &
suadet. Et enim uestis domus & uas om
ne tunc præcipuam utilitatem sui præ-
bet: qum mediocre & aptum est. Quid
enim oportet magnam habere lancem
si parum ferendum sit: quid sordidam:

57

si epulum deturpat? Quid domum ma
iorem q̃ usus postulat eorum: qui uno an-
gulo ipsius comode stare posset? Quid
quoque si talis est: cuius hītatio usum nō
habet. Id idem & in aliis īuenies. utrius
que rei extrema inutilia sunt: nisi mun
ditiæ sint sine sorditate. Superant enim
simul utilitatis mensuram supauit & ad
infinitum pcedit cupiditas. Quãobrem
omnia quæ ĩ hac uita tibi eueniunt me
diocritati adiunge quæ reprehensio-
nes extremorum uitat. Consuesce inqt
viuendi modum habere mundum. Po
stea aĩaduertes lapsum ad delitias: addi
dit durum. & quia ex duro facile quis ad
sorditatem labi posset: subiunxit. mun-
dum. sẽp casum alterius cohercẽs altius
obiectu: ut uita viro digna sit. & hõi rõe
utẽti cõueĩat. nã si hoc mõ uitã institu
emus magna alia fœlicitas nobis aducẽt.
In uidiã quoque q̃ ĩnata ẽẽ rebus ĩmesis so
let fugiemus. Si nihil nimis: ut ĩ prouer
bio est fecerimus: nec eius & familiares
nostros cõtra nos ipsa inuidia irritabit:

4

ut possit modo: ut delitiosos: mõ ut sor
didos uituperare: & nunc ĩ prodigos &
dilapidatores pecuniarum. nunc ĩ aua-
ros & parui animi homines nos excusa
re. Omnes enim qui talibus uitiis labo-
rant ab his qui secum familiaritatẽ exer
cent ꝙ modesti nõ sunt: & medium nõ
seruant: uituperantur. Hoc est quidem
quod de inuidia manifestat præceptum
illud. Talia facerẽ fugias quæ iuste a mul
tis uituperari possunt. Iuste quidẽ & a
multis ea uituperantur: quæ in modo vi
uendi delitias habẽt: aut sorditatem. In
expendendo uero: aut auaritiam pecu
niarum: aut prodigalitatem. Quare li-
beralitas & modestia ut ostendãt opõte
bit per om̃s ab extra actões & gesta pru
dentiã ãi habitũ & mẽsurã: q̃ ĩ om̃ibꝰ ẽ
res optĩa. Opus est enĩ hõi qetẽ quærẽ-
ri q̃tũ fieri põt: inuidiã fugere. & nõ ut
bellua quædã cũ ipsa cõtenderẽ: ut siñ ãi
cõmotõe ad uirtutes ꝑficere possimus.
Vitã uõ sine ĩuidia ꝑtrãsiemus: sordita
tẽ fugientes: & delitias: & stultã suꝑbiã.

58

Ex quibꝰ duo mala naſcũt:& pullulãt: errogatio pecuniarum inopportuna & retentio: quorum illud quidem pro ſup bia uituperatur. hoc aũt pro auaritia & puſilanimitate: utrũq; liberalitas fugit: q̃ uirtus ĩ errogandis recipiẽdiſq; pecu niis uerſat: quæq; id fieri qđ oportet ĩ additis & expenſis inuenit atq; omnia q̃ extra ſunt rectæ rõi ſubordĩat. hæc ſũt quæ Pythagoras in ſuis uſibus de his q̃ circa corpus & extra ſũt optimũ & lau dabilem uſum hñt præcipit & hõtatur: ut ob hæc uirtutis pulchritudo appare at: ſed caput omiũ facit p̃ceptũ qđ ſeqt

FACITO illa quæ tibi non noceant.

Onſydera anteaq̃ quicq̃ facer̃ in cipias. Sæpe uſus eſt hoc mõitu: ut qum dixit ea perficias: q̃ poſtea mole ſtiã nõ ĩferat. Qum etiã menſuram in quit. Quæ tibi moleſtiã non inferat. & nemo te inducat id facere aut dicer̃: qđ bonum non ſit. hic igitur quaſi in unũ conſpectum omnia ponẽs dehortatur ea capere & facere quæ nocẽt. Vtilia uõ

ut exerceamus hortatur. Ac bene horũ utrunuqꝫ tum discerni qum ante opus: quid faciendum: quid ue non faciendũ sit consyderemus. Tempus enim bene cõsulendi tunc nobis adest: qum adhuc opus non ĩceperimus. & hic iterum sic intelligẽdum est. Quæ tibi nõ noceãt: ueluti illud. Quæ postea tibi molestiaꝫ nõ ĩferãt. teqꝫ q homo es ratõalẽ existẽ tiã ẽẽ cõstitues: qui ut dictum est philo sophaberis: & ut dei similitudinẽ acqui ras studebis. Tu quidem quia homo & ratõalis existentia es quicquid extra ra- tionẽ: quicquid extra legem diuinã: qc quid impedimẽto tibi sit: ut similis Deo fias intelliges. talia enim nos offendere solent ĩ societate hominũ nobiscum ui uentiũ & in gubernatõne corporis qd coniũctum nobis est: & eorum quæ ad eius gubernatõnem sunt inuenta: quæ pecunias appellari cõsuetum est. quæqꝫ ad cõporis usum sunt. Oportere igit̃ ꝑ cipit diuinorum bonorum amatorem timer̃ ne sibi persuadeatur aliquid facer̃

quod non bene ſuccedat:& ut ea corpo
ri non indulgeat:quibus ipſe in ægritu
tudinem incidat:neq; aliquid ſuſcipiat
quod philoſophādi ſtudiū impediat:cu
ius rei poſtea pœnitebit. hæc autem om
nia a cogitatōnibus noſtris expellenda
ſunt:ut factorum a nobis repetitō iucū
diſſimam habeat memoriam:de qua in
ſequētibus præcipit:ita inquiēs.

NON SOMNVM MOLLIBVS
OCVLIS SVSCIPIAS ANTEA q̃
DIVINORVM OPERVM VNū
QVODQVE TER RECENSV
ERIS VBI PRAEVARICAVI:
QVID FIERI OPORTEBAT:
quod non fecerim:incipiens a primo ꝑ
curre omnia. Ac poſtea ſi turpia admi
ſeris:afflige te & caſtiga: Si bōa:lætare
& gaude.

Ic omnium præceptorum ſen
tentiam collige:& iudicium inti
mi animi ad hæc:tanquam ad diuinas
leges proſpiciens bn̄facta & malefacta
diſcernat. Vnde enim & rememoratio

poterit nos: ſi turpia admiſerimus accu ſare & corrigere: ſi bona fecerimus lau darẽ & probare: niſi præterita ratio leges quaſdam acceperit quibus uitam ordĩa uerit: & ad hos conſcientia noſtra tan- quam ad aliquod ſignum omnẽ noſtrã uitam dirrigat: & quotidie uõ tale exa- men fieri oportere hortatur: ut per fre- quẽtem memoriam iudicium ſine erro re ſaluetur. ſuadet præterea qum nox aduenerit & ad ſomnum uertimur: tan quam ĩ fine diuinorum operum ſimus: Vt Conſcientiæ Iudicium ſtatuamus: cubiculare Carmen Deo facientes : Si diſpoſitiones noſtras recenſuerimus. ubi præuaricaui? quid? quod fieri opor- tebat: non confeci? Sic enim commen- ſurabimus uitam noſtram legibus no- bis datis: ratõnem iudicem adiungen- tes intellectui legum conditori. Quid igitur legum conditor præcipit? Hono rare eos qui ipſa origine & natura meli ores ſunt ſecundum ordinem ipſorum exiſtentiæ. Parentes & Cognatos ma-

60

gnifacere. Bonos uiros amplecti & amare. Voluptates corporis uincerẽ id quod incorruptibile est pecuniis præponere: & uitæ fragili a Diuino iudicio tibi datam sortem libenter acceptare prudentia a deo tibi data lætari. Sententiam ad melius uertere. Doctrinam exercere. Non decipi: ac liberum esse ad uirtutis sermonem. Bono rectoque consilio antequam quid incipiatur: uti. Ex quo pœnitentia factorum non sequitur. Falsarum opinionum liberum esse. Doctrinalem Vitam sequi. Corpus & ea quæ extra corpus sunt ad opus uirtutis coaptare. Talia legum conditor ĩtellectus animus promulgat. Ratio uero hæc suscipiẽs peruigil sui ipsius Iudex fit: ubi præuaricaui? Quid feci? & ordine factorum memoriam propter uirtutem suscipit. Postea se se inueniens concorditer & congrue præfatis legibus diem pertransiuisse fructibus Diuinæ lætitiæ coronatur. Si uero contra illas leges se q̄c quam fecisse inuenerit: se ipsum repri-

mat: tanquam quibuſdam farmaciis pœnitentiæ monitu. Quare ſomnum dicit expelli oportere: a conſyderatione rationis quod facile quiſque feret. Si Corpus a neceſſitate Dormiendi uexatum nō fuerit. Corpus uero ſomnus non uexabit: ſi ſobrie diem tranſierit. Ob continentiam enim & ſobrietatem neceſſarias paſſiones ratio cohordinat. Non ſuſcipias inquit ſomnum anteaquam Diuorum operum ter quodlibet recenſueris. Recenſebis quidem hoc modo: Vbi deliqui? Quid feci? Quid quod fieri mihi oportebat non expleui? Duobus enim modis erramus. Vno ſi quod oportebat non fecimus: Vt ipſa uerba ſonant. Alio ſi id fecimus quod non oportebat. Aliud eſt enim bonum opus non exercere. Aliud res turpes exercere: Operatio rerum turpium. Hoc quidem quia linquimus uituperatur. illud quia ſuſcipimus: Vt orare decet: deprecari & ma-

leloqui non decet.

NVTRIRE
PARENTES
DECET:
VEXARE ET
CONTVMELIAM
IN EOS INFERRE
NON DECET.
Q VI IGITVR
PRIMA FACIT ea quæ fieri oportebat facit. Qui uero ſecunda facit: Ea facit quæ fieri non oportebat. itaq; utrunque ad æqualem quodammodo iniuſtitiam accedit. Recenſere quidẽ nos opera noſtra monet ordinatim a primo uſque ad ultimum: nihil in medio relinquentes quod intelligitur ob illud percurre omnia. Multoties enim non rectus ordo iudicium fallit. quod propter inordinatam memoriam male factum excuſat. Accedit etiam quod Rememoratio Quotidianæ Vitæ fit

medicatio quædam earum rerum. quas antecessores nostri: & qui defuncti uita sunt exercuerunt: est immortalitatis nostræ argumentum. Illud uero miran dum est quod qum unũquodque recen sendum præciperet: non subiunxit qd recte fecerim? quid quod oportebat a me peractum est: sed e contra ad id qđ inferius est. Primo memoriam adiecit: iussitque ut malefactorum iudiciuu fie ret. Iudicemque statuit iustissimum si mul & propinquissimum: ipsam scilicet conscientiam & rectam rationem: & se ipsũ sibi: Quem ut docuimus ante om nes uereri decet. Quis enĩ alter ita mo nere alterum potest: Vt ipse se? Nam il le qui ea re quæ naturaliter suæ liberta tis est abutitur: Aliorum monitus cum illis obtemperare non uult repellit: Sed propria ratio se ipsum audiat necesse erit. Hanc Deus procuratricem: Hanc magistram: Hãc & nũc iudicẽ diurnoꝝ opũ fecit: & apđ se iudicem suscepit: vt ipsa Ratio promulget & doceat quid ac

cipi quid ue repelli dignum sit. Qum enim quisquam immemori mente tanquam in libro: Quæ fecerit legit: Tunc ad Legem quasi ad exemplum quoddam intendens diiudicat se: aut honore dignum: aut dedecore. Quicunque autem quotidie tali exercitio usus fuerit Deo similem imaginem accipit seq;: Aut addendo: Aut diminuendo ad pulchritudinem uirtutis corrigit & adducit: & quantum bono Viro facultas datur: conficit. Atque hic Pythagoras de iis quæ ad uirtutem ciuilem pertinent finem facit: ad ea præcepta transiturus quæ ex hominibus Deos formant.

IN HIS TIBI LABOR SIT.
HAEC MEDITARE.
HAEC TE AMARE OPORTET.
HAEC TE VIRTVTIS DIVAE
IN VESTIGIA PONENT.
ITA PER Q VATERNITATEM
ANIMAE NOSTRAE TRADEN
TEM FONTEM PERENNIS NA
TVRAE.

T ĩ prĩcipio diximꝰ ciuilis phĩa
p acqſitionẽ vtutũ bonũ hõiem
facit. Inſpectiua uero per ſplendorẽ in
tellectus & ueritatis ſimilitudinem dei
exhibet. Neceſſe autem uidetur quan-
tum ad nos pertinet: ut minora maiori
bus antecedãt. Facilius enim eſt uitam
humanam ratõnabili uſu moderari: q̃
omnino eam uon attingere: quod certe
fieret ſi penitus ad ĩſpectiuam uertere
mur. Præterea impoſſibile fore uidetur
æquo animo ueritatem acquirer̃ poſſe:
niſi affectõnes quæ ſiñ ratõne ſunt per
morales uirtutes iubente intellectu co-
ordinaremus. Qum igitur animus rati
one ſit & ſtultitia plenus. Tunc ſolum
inſperabiliter priori intellectui adeſſe-
poterit: qum purificata paſſiones quæ
poſt illam erunt puræ attingit. erit autẽ
pura: ſi neque ſtultitia aliqua: neque uo
luptate cõporis conducatur: ut alia alio
loco aut tempore curet: ĩmo tantum il-
lis indulgebit: quantum diuĩa lex iuſſe
rit q̃ ſe relinq nõ permittit. Immo ma-

neṝ iubet quousq; deus ipse nos liberet.
Qum igitur aĩus duplice v̇tute egeat:
ciuili quidẽ quæ supprimat & corrigat:
atque deordinet dementiam & affectio
nes hominum. Inspectiua uero quæ su
periorũ & malorũ societatẽ nobis exhi
beat. hoꝝ uirtutũ in medio: quasi confi
nia iacent hi v̇sus. In his tibi sit hæc me
ditare. hæc te amare oportet. quasi con-
clusio fiat ciuilis uirtutis. Illud aũt. hæc
te uirtutis diuæ ad uestigia ponent: tãq̃
optimum initium disciplinæ ĩspectiuæ.
Qui autem a uita brutoꝝ liberauit seq;
quantum potuit ab incontinentia affe-
ctionum purgauit ob hoc: quasi ex bru
to animali humanitatem accepit. Con-
sequẽtia uero promittunt ex homine: q̃
tum homini possibile est Deũ fieri. Q
autem hoc ueritatis ĩspectiuæ finis sit.
his uersibus ostendit. In quibus sũmu;
atque optimum effectum adiungit. Si li
queris corpus liber ad cælum uenies:
erisque Deus immortalis incorruptibi-
lis. Q uero ꝑ cultũ uirtutis & cognitõe;

in eadem uirtute ueritatis restitutõem
consequamur: hic sacer sermo (Vt pa-
rũ post dicemus) ostendit. Nũc iterum
ad ipsos uersus redeuntes cõsyderemus
q̃d sibi in his exhortatõibus uult: labõ:
medicatio: & amor. Totum conuertere
aĩum intendit ad uirtutis studium. Ipse
enim aĩus rõnalis in se persistens tripli
cem habet potestatem. nã habet aliq̃d p
quod addiscimus: quod nũc ut hæc me-
ditemur præcipit. hẽt aliud per quod id
quod addiscit retinemus: quod in his vt
laborem impendamus hortatur. habet
tertium per quod intellecta & retẽta cõ
plectimur & amamus. q̃d in hoc vt ame
mus monet. ut igitur om̃s potentias rõ
nalis animi compositas & ordinatas ad
uirtutum præcepta hẽamus a naturali ĩ
telligentia curam & diligentiam petit.
ab ea parte animi quæ retinet intellecta
labore. ab ea uero quæ pulchra & bona
diligit petit amorem vt om̃iũ bonorum
fluctus nobis adueniat cum possessiõe
ꝑpetua & ĩnato ad illa nobis amore. Ex

qbꝫ diuina ſpes ſequitur quæ ſplendorē
ueritatis apportat:ut ipſe pollicet̃ dicēs:
Hæc te uirtutis diuæ ad ueſtigia ponēt.
quod eſt dicere.hæc te Deo ſimilem fa-
cient per doctrinalem cauſaꝝ ītelligen
tiā.Conſideratio cauſaꝝ rerum exiſten
tium :quæ cauſæ in opifice Deo ſūt:ad
ſūmā dei intelligentiā nos ducit:cui ſil'
adiuncta eſt ſimilitudo Dei:quā ſimili-
tudinem diuam uirtutem appellat:tan
quam ſub humeris humanæ uirtutis in
uectam:quam præcedere oportebat.hi
igit̃ primi uerſus in philoſophiæ & bōi-
tatis amorem concluſionē accipiāt:quo
præūte ueritatis cognitio ſequatur:quæ
nos ad ſimilitudinem diuinæ uirtutis re
ducit:ut in ſequentibus oſtendet̃ . Sed
ad harum uirtutū cōiūctōem opus erit
iureiurando. Quod uero uirtus ciuilis
bene acquiſita uiā præbeat:ut Deo ſimi
les fiamus bene & ordinate iurat.Nam
qđ ī prīcipio dixit.Iuſiurandū ſua:ut a
iuramto abſtineamus præcipit đ rebus
mobilibꝫ q̄ euenirĩ & nō euēirĩ poſſūt:q̄

parua ſunt: & uarios patiuntur caſus: q̄r
neq; dignum eſt: ut ſuper illis iuremus:
neq; tutum. Non enim ĩ nobis eſt poſſe
talia ad certum finem deducere. De his
autem quæ neceſſario coniunguntur:
& maxima ſunt iurare: tutum eſt & de-
corum. Nam neq; mobilitas rerꝫ nos un
quã decipiet. nodo enim adiuicem colli
gantur inſpectabili ſuper qbꝯ iuramẽtũ
nunc fit: neq; ita humile & puſillum eſt
ut Dei teſtimonium accipere non debe
at. Veritas enim & uirtus non ſolum in
hominibus: ſed maxime in Diis inueni
untur. Præterea iuſiurandum fit quædã
religionis opinio. quoniam magiſtrum
ueritatis per iuſiurandum uenerari de-
cet: ut ſi quo in loco oporteat per ipſũ
iuremus ad confirmatõem ueræ opinio
nes. & nõ ſolum idem: ut diximus dꝰ ip
ſo dicit. Sed hæc & ipſum ita certe eſſe.
Simul quidem ſuper compagine opti-
morꝫ habituũ iurãs theologice philoſo-
phat & q̄ternarium numerum fõtẽ ꝑpe
tui ornamẽti demõſtrat. q̄ ẽ cuꝫ opifice

Nuꝫ quaternarii

deo: quo pacto uero q̄ternarius numerus deus sit ex sacro sermone Pythagoræ apte inuenies: ĩ quo numerus numerorum hic deus prædicatur. Si eniꝫ oĩa quæ sunt perpetua dei uolũtate existũt: & numerus in singula specie rerum: q̄ sunt existit: á deo numerus dependeat oportet. & primus q̄dē numerus ē apud illũ & ab eo est apud nos: numeri aũt finalis terminus est decas. nã qui ultra decem numerare uult iterũ reuertitur ad unũ & duo & tria: ut qui secũdam decadem numerat ad uiginti cõplectionem faciat idem necesse ē. & similiter tertiaꝫ ut triginta dicat. & hoc cõsequent quousq; decies decem cõnumeraueris: ad cẽtum uenies. & iterũ similiter centũ numerabis: & sic per reuolutõem decadis usq; infinitũ procedere poteris. Decadis quoq; uis est quaternarius numerus. añ enĩ finitatem quæ per decursum in decade inuenit finitas quædã est adiuncta ĩ quaternario numero. Nã s̄m cõpositõnē a monade ad quaternariũ numerũ:

Deus. Decas. Centum.

omnis coaceruatio decas fit. Vnum enim duo: tria: & quattuor decadem complet. Et est quaternarius numerus: medietas numeralis monadis & septenarii. Aequaliter enim superat & superatur. Trinarius quoque a septenario excedit monas a trinario. nam monadis & septenarii proprietates sunt pulcherrimae & optimae. Monas enim ut initium cuiuslibet numeri omnes potentias in se cotinet. Septenarius uero tanquam sine matre & uirgo secundum dignitatem a monade habet: neque enim ab aliquo numero intra decem gignitur: ut quattuor ex bis duobus: & sex ex bis tribus: & octo ex bis quattuor: & nouem ex ter tribus: & decem ex bis quinque: neque aliquem intra decem: ut duo quattuor. & tria sex & nouem: & quinque decem. Monadis uero non genitae & septenarii numeri sine matre quaternarius numerus in medio existens gignentium & genitorum potentias simul accepit. hic enim solus numerus intra decem: & gignit aliquem & ab aliquo gi

Septenarius. Trinarius.

Monas

Septenarius

gnitur. duas enim se se duplicans quat narium numerũ facit. quaternarius vero duplicatus: octonariũ conficit: & prima solida demõstratõ ĩ quatẽnario ĩuenit. nam pũctũ refert monadi. linea ãt numero binario ẽ ab aliquo ad aliqd: & trinario numero conuenit superficies. ex omnibus enim figuris quæ rectis lineis constant: triãgularis est quasi elementum & principium omnium. Solidum proprium est quaternarii numeri Prima enim Pyramis ĩ quaternario numero conspicitur. triangularis autem figuræ basis posita tres angulos ostẽdit. Sũmitas quoq; ipsi figuræ posita nimis formã accipit. At iudiciales potentiæ in rebus existentibus sunt quattuor: intellectꝰ: disciplĩa: opinio: sensus: & simpliciter omnia quæ existunt quaternarius numerus coniunxit & colligauit: elemẽta: numeros: horas: ãni: ætatũ cõpagies & nihil dici potest quod a numero quat nario tanquam a radice & principio nõ dependeat. Est enim ut diximus opifex

rerum omniũ & causa quaternarius. De
us intelligibilis causa est cælestis & sen-
sitiui Dei: cuius cognitio Pythagoreis
ab ipō pythagora tradita ē: ꝑ quē nũc ui
ret horum uersuum auctor: quod uirtu
tis perfectio nos ad splendorem uerita
tis adducet. Itaq; secũdum hoc diceret
quispiam illud iusiurandum cole. pro-
prie seruari oportere in diis: qui semper
& æqualiter sunt & proprie nunc etiam
iurare decet per magistrum qui quater
narium numerũ nobis tradidit: qui nō
fuit Deus immortalis: neque natura he
ros: sed homo similitudīe Dei prædito.
& ad suos diuinam seruans formā: quā
ob causam in rebus ita magnis per ipsũ
iurat. tacite inserens ueneratōnem quā
erga ipsum Pythagoram eius auditores
habebant: ostendens etiam dignitatem
quæ subest doctrinæ per illum traditæ.
Maximum autem præceptorum a Py-
thagora disciplinis traditorum ē cogni
tio quaternarii numeri rerum opificis.
At qum prima pars explicata sit. secũda

nõ certa in expectatõe maneat & spem: quæ per quaternarium promittitur ue-racem esse interpres rerum diuinarum ostendit. & quaternarii numeri quis sit qnantum præsenti oratõi conuenit me minimus: transeamus ad ea ad q̃ peruenire contextus oratõis hortatur. Si primo ostenderimus quãta diligentia: quã to apparatu: quo ue deorum auxilio ad hæc deceat proficisci.

SED ACCEDE AD OPVS DEOS ORANS VT CONFICIAS OMNIA QVAE AD ACQVISITIONEM RERVM BONARVM OPITVLANTVR.

Aucis absoluit propriam animi .s. promptitudinem & Dei auxilium. nam & si electõ bonorum ĩ nobis sit: & id quod in nobis est: a Deo habemus. ab ipso Deo & auxiliũ petẽdum ẽ & perfectõ sensibilium. Studium quidẽ nostrum ad acquirendas res bonas ita ẽ ac si manum ad captanda bona extẽderemus: quæ a Deo proficiscũtur & dari

uidentur: quasi ipse Deus sit fons largi
tionis bonorum. homo enim naturali-
ter bona petit. Deus uero recte petenti
largitur: ac preces nostræ sūt quasi me-
dium quoddam inter nos petētes: & de
um largiētem: quæ causam nos ad ipsū
esse producentem & ad bene esse perfi-
cientem attingere uidētur. Quo pacto
autem quis bona capiet: si Deus non de
derit? quo pacto etiam daret id quod lar
giri consueuit Deus: sponte uolenti: &
tamen non petenti? ut igitur nec nudo
uerbo preces faciamus: sed eas oper̄ fir
memus: neq; ī nostris operibus solū cō
fidamus: sed a Deo auxiliū petamus: &
tanquam formam materiæ preces ope-
ri imprimamus: quod totum ē quod fa-
cimus precemur: & quod precamur fa-
ciamus: ea coniungens inquit: sed acce-
de ad opus orans deos ut conficias. neq;
enim sedulos nos ad bona esse decet: tā
quam in nobis foret: etiam sine Dei au
xilio illa perficere posse: neq; nuda ūba
sufficiunt: si nihil ad acquisitōnem rerū

humanarum afferamus. Sic enim uł im pia uirtute: si ita dici potest: uel sine ope re precibus uteremur: quorum alterum uirtutis substantiam: alterum preucm efficaciam destruit. Quomodo quid bo nū esse poterit: quod non sit secundum institutōnem Dei? Quomodo etiam si quicquam factum fuerit secundum ip- sam institōnem Dei: ut subsistat & du- ret illius auxilio non egebit? Virtus est in hominis animo imago dei: & omnis imago exemplar habeat ut subsistat ne cesse est. uanumq; ē quod acquisiuimus si nō ĩspicimus ad cuius similitudinem bonum illa adepti sumus. Studentes igi tur actiuæ uirtuti precari necesse erit: & qum precati fuerimus ipsius ṽtutis pos- sessione gaudere. Hoc autem quod ad splendorem Dei nos inspicere facit ad philosophiam intentiores cum pĩa bo norum causa reddet. Nam fons perēnis naturæ quaternarius ille numerus est q non solum omnibus æterna causa ē: ut existant: sed ut bñ existant: quiq; ꝑpriũ

bonum ad omnes mundi partes: ut radium perpetuum & ratõe præditum effũdit: quam causam orans animus: & tanquam lumen acuto eius uisui cõmiscẽs ob studium rerum bonarum ad orãdũ excitatur: & e cõtra ob exauditõem orationis diligentiam acuit factum uerbis adiungens & facta studiosa cogitatõne ratõnis diuinæ cõfirmat & aliqua inuenit: aliqua illustrat: curatq; ea quæ precatur: & precatur quæ curat. talis quidem est studii & precis cõiunctõ. At quæ facta ex his duabus rebus nascãt ĩ sequẽtibus audiamus.

HORVM MEMOR COGNOSCE DEORVM IMMORTALIVM HOMINVMQVE MORTALIVM CONIVNCTIONEM: QVEMADMODVM PERTRANSEANT ET queẽadmodum cõsistant.

Rimum quidem hominibus ita institutas cognitõnem Deorum & Theologicam disciplĩam adesse opõtere prædicit: & rerũ omniũ intelligentiã

quo pacto adinuicem diuiduntur: quo
ue etiam pacto in unū mundum uniun
tur. Coniunctō enim in hac parte con-
structōnem & ordinem rerum signifi-
cat & illud queādmodum ptrāseāt diffe
rentiam ipsarum per speciem. & queād
modum consistunt unionem per genꝰ
Nam qum natura genera substantiarū
ratōne utentium differant: in unam so-
cietatem conueniunt. Quippe per exi-
stentiam denotantur aliqua esse prima:
alia media: alia ultima. Itaque diuidunt
simul & uniuntur. neque enim prima fi
unt media: neqꝫ vltīa: neqꝫ media. prima
ul' vltīa: neqꝫ vltīa media ul' prīa. sed tē
minis a deo statutis & fixis ꝑpetuo per
spēm diuidūt: & sic queādmodū ptrāse
unt ītelligemus: illud autem queādmo-
dum consistunt hoc modo cōsyderabi
mus. hoc totum non quidem perfectuꝫ
esset: Nisi primas medias & ultimas par
tes contineret: Tanquam principium
medium & finem totius compositi &
prima cēte prima nō essent: nisi mediā

& ultīa sequerentur: neque media hoc essent quod dicitur: si extrema utrinq; mediis non adiacerent: neque extrema quidem essent extrema: nisi prima & media præcederent. Coniungit ergo illa ad totius perfectōem: & hoc erat qđ dicit: consistere ipsa adinuicem. nam tā quam diuersarum specierum totam cō iunctōnem & constructōem complēt: quam cognosces inquit. Si præfatorum bonorum memor extiteris: nam extremorum memoriæ media concurrāt necesse erit. immortalium inquit deorum & mortalium hominum cōiunctōem. Prima enim ultimis per media coniunguntur & ultima primis claritudine. heroum mediante reducuntur. talis quidē ordo est rerum quæ ratōne utuntur: qđ in principio declaratum est. tanquam essent in mūdo primi immortales Dei. post hos clari heroes: & ultimi dæmones terreni. quos mortales homines uocat: quomodo autem horuꝫ quodq; ītelligere nos oporteat iā supius dictum ē

cognitionem horum ueracem accipere
decet quorum honorem ex traditione
ante comprehendimus:& quæ ciuilem
uirtutem ueritate inspectiua ornarunt:
uł quæ a se bōa hominis natura ad diui
nam uirtutem commutarunt: intellige
re autem quæ existunt ut a Deo consti-
tuta sūt similitudo quædam dei est. Sed
qum post immortale ornamentum cor
poralis natura subiacet. quæ hūc quem
uidemus:mundum complet:& quæ co-
ordinata est :ut existentiæ quæ ratione
utuntur duces sint & præuiæ:ex qua na
turalis peritiæ fructum affor̄ illis docet:
qui ordinate ad rerum cognitōnem ꝓ-
cedunt. Cognosces autem naturam in
omnibus æquam. Itaq; neque sperabis q̄
speranda non sunt:neq; te quicquā late
bit. Ad diuinum temperamentum na-
tura hunc quem uidemus mundum fō
mans ipsum sibi per relatōnem diuersis
mōis assimilauit:& diuinā pulchritudi
nē aliter atq; aliter omībus speciebus im
pressit. Cælo enim dedit ut ꝑpetuo mo-

ueretur: Terræ autē ut semper staret: quorum utrunq; uestigia similitudinis diuinæ demonstrat: ac cælesti corpori p̄buit: ut totum quicquid est circuiret. terre uero circuitōnis centrum: aliter quoque centrum est principium: aliter circūdātis terminus. unde superiora astris sculpta & depicta sunt & intellectu animalibus: terra quoq; plātis ornat: & animalibus quæ sensu solū utuntur. In medio horum quæ ita distant homo existit qui superiorū est ultimus. Inferiorū uero primus: & quoniā est primus Diis immortalibus comparatur: & quia intellectui proprium uigorem quem r̄liquerat reddidit. quādoq; autem mortalibus cō miscetur: quod qum fit: quia legem Dei præteriit abdignitate sibi conueniente decidit. Nam ut ultimus generum ratōne utentium non sēper ītelligit. Quippe si semper ītelligeret nō esset homo: sed naturaliter Deus & Angelorum ordini misceretur. Nunc autem est homo q̄ similitudīe quidē ad optimū dici pōt.

natura uero inferior est Diis immorta-
libus & claris heroibꝰ:qui primis & me
diis generibus ornamentū sunt.quibꝰ
homo inferior est:quia semper non in-
telligit:sed nonnunquam torpet:atque
obliuiscitur suæ existētiæ & lucis a Deo
sibi datæ. Itaque quia nō sēper subigno
rantia manet:bruta animalia & plātas:
atque omnia terrena:& quæcunque per
existentiam mortalia sunt:superat.quo
niam ad Deum ex natura sua homo cō
uerti potest:& reminiscentia obliuionē
abolere:& doctrina recuperare quæ āmi
serat:& fugam a superis inferiora fugi-
endo curare . Conuenit igitur homini
cognoscere coniunctionem immortali
um Deorum & mortalium hominum:
hoc est eorum quæ ratione utuntur co-
ordinatōnem. cognoscere etiam decet
naturam in omnibus similem : hoc est
corpoream existentiam a superioribus
usq; ultima similitudīe dei eiusq; euidē-
tia ꝑditā.Cognoscere aūt hæc oīa opōꝫ
ut fas est:& ut lege iacent:& eo mō quo

apud Deum sũt: & quo pacto illius legi
bus maneant ordinata: siue sine corpo
re sint: siue cõpus habeãt. communiter
enim in utrisque intelligere oportebit:
quẽadmodum fas est. Non enim decet
nos cupiditate sine ratõne ductos digni
tatem rerum ad nostram opinioneз tra
here: sed terminos ueritatis sequtos ĩtel
ligere omnia: ut fas est: & ut opificis lex
singula disposuit. & harum autem dua
rum rerꝫ cognitõe intelligere. s. opificiũ
Dei in rebus quæ sine corpore sunt. & ĩ
iis quæ uideri possunt: optima superue
nit acquisitõ. hoc est ut nõ speremus q̃
speranda non sunt neque ĩ aliquo erre
mus. Nam ex ignorãtia existentiæ rerũ
sequitur ut ea speremus quæ speranda
nõ sunt: & ea quæ fieri nõ possunt exco
gitemus: ueluti quis qum hõ sic Deus fi
eri speret: aut clarus heros. Hic quidem
neqꝫ terminos naturæ ĩtellexit: neqꝫ ĩ re
bus prima media & ultĩa diuisit: & e cõ
tra. si quis putet eius animũ una cũ cor
pore ĩteriturum ob ignorantiã ĩmõtali

tatis: quæ animis nostris inest: expectat q̄ expectare non decet: neq; ut fiant possibile est. is uero qui credit cōtra illorum opinionem: qui putant hominis existētiam ī deorum genus mutari: in feram aut in brutum animal corpus propter malitiam transmutatum iri: uel propter torporem sensus ī plātam ipsam animā ad inferiora impellit: errans & ignorās firmum atq; immutabile: quod per existentiam speciei īest animis hominum. Semper enim aīus manet: atque homo nunc ī deum nūc ī feram acquisitione uitii: aut ūtutis mutari dicitur: qum naturaliter: neque feras sit neq; Deus: sed aptus ut utriusque similitudinem accipiat. Et omnino qui ignorat qualitatem q̄ unicuique rerum inest: aut superaddendo: aut diminuendo rem nō recte intellexit quæ ignorantia causam præbet: ut non uere opinemur & ea speremus: q̄ sperāda nō sunt. Qui uō sigl'a nouit: queadmodū ab ipō rerum opifice dispositi & ōdīata sūt: & deū ipsū eius cognitoī cō



mensurat: hic maxime tenuit uiaʒ quã deum consequatur & optimũ tẽperamẽtũ & rerꝫ mẽsurã ĩtellexit & sine errore manet.

COGNOSCE Homines miseros mala sponte secutos: qui bona q̃uis propinqua neq̃ audiunt: liberatõnem quoq̃ a malis pauci norunt. tale est fatum quod mentes hominũ lædit. hi autẽ reuolutõnibus modo ad hæc: modo ad alia ferũtur: atq̃ infinita mala patiũtur. Infœlix enim atq̃ familiaris discordia latens lædensq̃ seqtur: quã non decet adducer̃: sed cedentem fugere.

I rerum quæ nõ uidentur: & earum quæ corpus habẽt. ordinem & dispositõnem recte ĩtellexerimus cõsequenter existentiã hominis q̃ qualisq̃ sit diligenter cognoscemus: & qđ in cõfinibus manet eorũ qui in uiciũ cadere non possunt. & eorum qui ad uirtutem reduci non cõsueuerũt. quar̃ duplicem impetũ habet. qum autem ibi uiuit ĩtellectiuam & fœlicem uitã agit. nõ nunq̃

hic sensum affectionibus plenũ accipit
unde Eraclitus. dicit uiuimus illoꝝ mõ
tẽ: mortui sumus illoꝝ uitã. decidit enĩ
a fœlici loco atque discedit: ut Empedo
cles Pythagoreus scriptum reliquit: fu-
giens a Deo atq; errans contentõne fu-
riose persuasus: Ascendit quoq; & anti-
quum habitum recipit: si terrena qꝫ infœ
licem locum fugerit: ut idem ipẽ Empe
docles ait: hinc mors: hinc iracundia &
aliorum multitudo malorum. ad quem
qui incidunt erunnarum pratum & te-
nebras perrant. quies aũt & beatitudo ẽ
fugere prata ĩfortunioꝝ. Appetitus aũt
& cupiditas fugientis: pratum erunnaꝝ
ad ueritatis pratum nos excitat quod q
relinquit: uelociter ad terrenum uenit
corpus fœlicis seculi expers: quibus sen
tentiis Platonis dicta consona sũt de de
scensu hæc dicens. Qum animus ĩpo
tens imitari deum nescit: & casu aliquo
uolatu in terram ruit. tunc lex illum in
animal mortale inducit: de ascensu hæc
qꝫ implicitam: atque ĩherentẽ sordem.

Postea ex terra:aq̃:aere:atq; igne:qum turbulentum & brutum animal fit:ratione homo uincens ad spẽm prioris atque optimi habitus deuenit. quoniã ad similem sibi stellam ascendit:atq; sana fit incolumis. Sana quidem affectõnum & morborum deliberatõne:quod per ciuilem uirtutem nobis contigit. Incolumis autem acquisitõne disciplinæ & ꝑpriarum partium recuperatõne quod ꝑ inspectiuam ueritatem acquiri consueuit. Cæterum quomodo necesse ẽ hinc fugere & terrena dimittere: si uelimus curare:q; meliora reliquerimns sapienter ostendit:qum philosophiam horuꝫ maloꝝ fugã ẽẽ diffinit. ꝑ hæc enim ostẽdit passiones solis mõtalibus ingenitas esse. Sed qum fieri non potest ut mala ĩtereant:& apud deos mala esse non possũt:necesse erit circa hæc loca & res mõtalitati subiectas uersari. rebus enim q̃ generantur & corrumpũtur: omnia q̃si & ut etiam præter naturam disponãtur accidere possunt. quod maloꝝ prĩcipiũ

fuit. quo pacto aūt hæc fugere oporteat docet: qum dicit. quare opus eſt ut hinc illuc fugiamus. fuga enim hinc eſt: Vt quātum homini datur ſe Deo ſimilem faciat. Similis quid' ille Deo fit: qui iuſti tiam & pietatem prudenter cōlit. Nam eum qui erunnas relinquere cupit: mor talem naturam primo amoueat oporte bit: fieri cēte non poteſt: ut qui ipſa mō talitate inquinati ſunt: ne malis quæ il lam ſequntur ex neceſſitate repleātur: Vt igitur diſceſſus a Deo pennarum quæ nos ad ſuperiora leuabāt lapſus ad locum morientium impulit quibus ma la ſuperuenire neceſſe eſt. Sic remotio ab effectōne rerum mortalium & affla tus uirtutum: Vt pennarum ad locum erunnis uacuum. hoc eſt ad uitam bea tam nos abducet. Qum igitur exiſten tia hominis manet in medio eorum qui ſemper deum intelligunt: & eorum qui naturaliter illum intelligere nequeunt: nōnunquā aſcendit ad illum quādoque deſcēdit ad hæc. Nā receptōe ītellectus

ad ſimilitudinem Dei aſcendit:perditi one ad ſimilitudinem feræ deſcendit ꝓ pter diuerſitatem naturæ:modo hinc: modo illi parti ſe ſe adiungens. Hæc igi tur de exiſtentia hominis intelligens ꝑ ſpexit quomodo homines ſponte mala ſequntur:& quomodo propria uolunta te ſqualidi & miſeri fiūt. Sæpe enī qum ibi manere poſſent ſe ſe affectōibus im plicant.& hoc erat quod dicit:Qui bōa quāuis propinqua nō uident:neque au‑ diunt.bonum enim in hoc loco uirtutē & ueritatem appellat.non inſpiciunt q̄ uis propinqua uult intelligi:non ex ſe commoueri & excitari ad inuentōnem bonorum.neq; audiūt per illos dici uult qui aliorum doctrinam fugiunt.duob9 enim modis rerū peritiam ſuſcipimus: aut per doctrinam auditu:aut per inuē tōnem aſpectu. Sponte igitur mala ha‑ bere dicuntur hi qui neque ab aliis addi ſcere.neq; per ſe inuenire volunt:tāquā priuati ad bona intelligendum ſint:& ob hanc cauſam ubiq; ſunt inutiles.

NAM QVI NON DIDICIT nec paruit ipse docenti: nullius est usus homini.

Vi uero studuerunt bona addiscere & inuenire. hi sunt qui a calamitatibus liberari intellexerunt. quiq; fugiẽtes tẽrenos labores ad liberũ æthera commigrarũt. pauci tamen hi sunt. Nam multi uitiis & affectõnibus uincũtur: eorumque mentem & intellectum læserunt: quia terrenis operam dedere. Itaque hoc malum a se ipsis habẽt. quoniam a Deo discedere & eius familiaritate se ipsos expedire uoluerunt quam patiebantur dum splendore sincero manebant. nam inclinatio ad terrena: quæ mentem animumque lædit: discessum a Deo põtendit. fieri quoque non potest: ut aut non insaniat qui de se se expoliauit: aut Deo priuatus non sit: qui ad ĩsaniam deciderit. Ambo enim quoniam utilitati bonorum non studuerunt infinitas erunnas patiuntunr: tanquam cylindris uanis negotiis: ab aliis ad alia ap

pulsi:nec habēt qui bus in rēbus sibi ipsi utiles sint. quoniam ab omni fortunæ conditōne stulte trahuntur.nunc quid' in diuitiis iniurias aliis inferunt.nunc ī paupertate scelera admittunt: & Aut ad latrocinia propter robustum corpus aut propter debilitatē & morbos ad maledicendum se uertunt. Si uero natis orbati sint molestiaꝫ:si multos filios hn̄t: causam turpiter lucrandi & bellum aliis inferendi capiunt.& ut simpliciter dicā nihil est earū rerum q̄ in hac uita uersātur:quod stulti non deprauent .undiqꝫ enim suis uitiis.& aspectus Dei priuatōne affliguntur:& quod uera bona ītelligere recusant:sed ruentes ad mōtalium affectōnes;ita feruntur in hac uita tanquam in procellis.horum liberatio una est:reuerti silicet ad deum.quod illi īueniunt qui mētes & aurium studio se ad recuperatōnem boni iam perditi cōuertunt at morbum qui nostræ existentiæ acciderat uirtute inducente curarunt. Est enim ingenitum simul & insitum

76

nobis malum libere. præter naturam uo
luntatis nostræ per quam contenderẽ &
repugnare diuis legibus conamur & ni
hil sane sentimus quantum nobis ipsis
nos eamus: qum uoluntati diuinæ repu
gnamus. Sed solum hoc quasi cæci ĩspi-
cimus ꝙ illius leges effrenati fugerẽ pos
sumus: & nostræ uoluntatis libertate ni
mis utimur nimiumque deum relinquẽ
do ausi sumus & molestã infœlicemque
litem contra ipsum Deum accipimus q̃
cõtendimus quodammodo & litigamꝰ:
quia quod ipse deus uetat. hoc maxime
facere affectamus. quodq; ille præcipit:
hoc minime uelimus: ut utrinque mise
ria se ipsos impleant qui legem Dei trã
scendunt: non faciendo quæ præcepta
sunt: aut faciendo quæ uetita. Quid igi
tur ad descensionem contra hanc erun
nosam sequacem & ingenitam nobis li-
tem inueniemus? ex nostra præter natu
rã dispositõe excitatã & ob hãc cã; tãq̃
familiare ĩfortuniũ nocere cõsuetã: qd
huic opponere opõtebit? quã medicinã

ad huius furiosæ litis remediũ ĩuenire:
qđ pceptũ ad frenãdas uires q̃ nos ad ĩ
feriora deducũt: uł ut studeamus cure-
mus & diligamus hæc q̃ nos v̄tutis diuæ
ad uestigia ponẽt. hæc aũt sũt quæ libe-
ratõnem maloꝝ & calamitatũ afferũt: q̃
pauci nouerũt. hæc sũt quæ faciũt: ut ui
deamus & audiamꝯ ea quæ fœlicitati ad
iũgũt. hæc sũt p quæ fugimus calamita
tes q̃s nosmet ipsi nobis intulimus. hæc
sũt quæ scĩdũt & amouẽt impitiã passio
nũ. hæc igit sũt p quæ ĩpiã discõdiã fu-
gere possumus: & salutẽ ãi acq̃rẽ. Hæc
nos furiosa lite purgabũt. hæc nos reuo
cabũt a fuga quã a deo feceramus. nam
ĩpetũ ad ĩferiora trahẽtẽ: uirtute solum
ad supiora r̃ducẽte curabimus. Si nõ ni
mis illũ pduxẽimꝯ: neq; mala malis attu
lerimꝯ: sed r̃ctæ rõi obtẽperãtes laudato
cẽtamĩe ĩfœlicẽ discõdiã fugiamus: nec
ↄtẽdeř opõtebit: ut uolũtati diuĩæ ñ obe
diamꝯ: sed ↄtẽdeř potiꝯ: ut illi maxĩe ob
tẽperamꝯ: quã q dẽ litẽ appellari ñ decet
sed obediẽtiã & ↄv̄sionẽ & uolũtariã ad

77

legē diuinā subiectōem q̄ cās stultæ r̄pu
gnātiæ scīdit & expellit. & hæc qdē p di
ctos vsus significari puto. ꝙ uitia uō ex
nr̄a uolūtate oriaꝭ p hos. cognosces ho
mīes misos mala spōte secutos: quos ea
cā misos decet appellari & sq̄lidos. qm̄
ad uolūtariā malitiā īhi se pmiserūt. ꝙ
aūt hi neq̄q̄ quæ bōa sūt audire uelīt: p
illď oñdiꝭ qď dr̄. Qui bōa q̄uis ppiqua
neq̄ īspiciūt: neq̄ audiūt. Ac ꝙ liberari
a uitiis ex uolūtate nr̄a possumꝯ. p illď
oñdit hoc ē liberari quoq̄ a malis pauci
norūt: qď ea cā ī medio poīt: ut oñdat li
berari & īcludi a uolūtate nr̄a pendere.
Postea subiūgit cām p quā aīus q ī ma-
litiā incidit: neq̄ uidet: neq̄ audit tale fa
tū mētes hōium lædit. nā q a deo discef
sit ī demētia & uanā cupiditatē īhaꝭ ne
cesse erit: qď p molestiā fati ītelligi vult
q̄ nos qa ad mōtaliū vitā ďcliāmꝯ a soci
etate dei sepat. oñdit p̄tea q̄ ob stultitiā
nr̄am nobis accidere ꝯsueuerūt. & quo
pacto & uolūtate & ꝯtra uolūtatē nr̄am
peccamꝯ docꝫ: cū dicit stultoꝝ vitā silēꝫ

esse cylindrorum motoñi super plano: quæ circulo siml' & super recto mouet. circulo quidem in se ipsum super recto propter casum. Nam ut cylĩdrus a recti tudine deerrans non firmatur ad axem circuli qui circũducitur: ita aĩus qui a recta ratõne & propĩquitate Dei decidit. non consequitur uera bõa. pererrat enĩ circa illa q̃ bõa fore uidẽtur: & uolupta tum affectõibus circũuolutus a rectitudine discedit: quod per illud intelligi uoluit. hi autem reuolutõnibus: modo ad hæc: modo ad alia feruntur: atque ĩfinita patiuntur mala. Qum autem libera & præter naturam nostra uoluntas causa fuerit fati animo mentique nocentis ac nr̃æ a Deo separatõis: qua uia & hoc extinguere & ad Deum redir̃ oporteat: duobus metris sequentibus docet: uolũtarium nocumẽtũ sic ostẽdẽs.

INFOELIX ATQVE FAMILIARIS DISCORDIA LATENS LAEDENSQVE SEQVITVR QVAM NON DECET

AFFERRE. SED SEDENTEM FVGERE.

Onſpiciens autem quod præcipue diuino: ut erunnas fugiamꝰ & fœlicitatem cōſequamur: egemus auxilio: conuerſionem ad Deum: ut oratōnem quandam & auxilii cauſam īducit. Iuppiter pater: aut omnes multis calamitatibus liberes: aut om̄ibus quam ſorte utantur oſtendas: ſed tu confide. Nā diuū genus īeſt hominibus quibus natura afferens q̄libet ſacra oſtendit. quorum ſi quid tibi affuerit: intelliges quæ tibi iubebo curans animum ab his erunnis ſaluabis. Mos fuit Pythagoreis huiꝰ mūdi totius opificem & patrem nomīe Iouis magnificare. Illum enim per quē exiſtentia & uita omnibus datur dignū iuſtumque eſt ab eius opere nominari. proprium certe nomen Dei ab eius operibus & creaturis dici maxime fas eſt. Nam quæ apud nos propria eſſe dicuntur ex fortuna potius & Voluntate inueniuntur q̄ ex ꝓprietate rei qdꝰ ī pluri

bus animaduerti potest quibus nomina
non apte:sed aliter q̃ deceret adiacent:
ut sæpe is qui malis moribus est bonus.
Qui mente impius religiosus appellat.
quæ quidem rectitudinis nominum nō
participant.quoniam nihil existentiæ:
aut operis adsistit r̄bus quibus nomina
adiacent.Rectitudinem igitur nominū
in rebus quæ perpetuæ sunt.& harum
quæ diuinæ & diuinaꝝ quæ optime opō
tet adesse.Quam ob rem & Iouis no-
men imago quædam in uoce est opera-
tricis existentiæ.Antiqui enim & primi
rebus nomina per excellentia sapientiæ
posuerunt:ut in quibusdā optimis scul-
ptoribus:quorum artis ỽtutes ita nomi
ne comprehenduntur:ut figuris & ima
ginibus. Nomina enim in uoce ea quæ
mente intelligimus ostendūt.Ad intel-
ligentias rerum intellectuarum iudices
reputarunt.Speculatione enim pleni &
ex illa grauidi facti.In tellectus passio-
nes in uocē emittētes talia existētiis no
mīa īposuerūt:q̄ ꝑ ipsā uocē & elemēta

ſunt Deum patrem uocat ac intelligit quid ex ſe meretur. Quod ſi in oĩbus in enuntiatõnem ipſius uocis compoſi ta: quantum fieri poterat rerum nomĩa tarum ſpẽs formarunt: & ad ipãs exiſtẽ tias eos qui recte intelligunt reſpicerẽ fe cerunt. Itaque finis illorum ſpeculatõis ſit principium nobis ad inuentõnem in telligentiæ rerum. Sic igitur ipẽ opifex ab illis olim quaternius: nunc Iuppiter pater cauſis quas diximus appellatur. id autem quod ratõ præſentis oratõnis ab illo petit. hoc omnibus benignitate ipſi us Dei offertur. nam in nobis eſt accipe re id quod ab illo ſemper oblatum ẽ. Et enim ſuperius dicebat. Accede ad opus Deum prius orans: tanquam ipſe ſẽper bona porrigat: nos uero tunc illa accipi amus qum noſmet ipõs diuinæ benigni tati intendimus. Voluntas enim quæ ĩ nobis libera eſt ea quæ certe bona ſunt non acciperet ſi accipere nollet. Hæc ãt ueritas: ſilicet & uirtus ſemper & æqua liter ab ipõ opifice õibꝰ reſplendẽt. nũc

uero ratõ necesse est ad malorũ liberati
onem petat:vt cognoscamus & ĩtelliga-
mus existẽtiam nostram.hoc enĩ erat:
quod dicitur qua sorte utantur:hoc est
quo animo.nam tali ad se ipõs r̃spectu.
concluditur & determinatur ex necessi
tate sequi malorum & erunnarum libe
ratõnem:& uiam rerum quæ a Deo ad
fœlicitatem porrigũtur.Quas obres ra
tio procedit ꝙ si omnes cognoscerẽt se
ipsos & qua sorte utantur: omnes ꝓcul
dubio a calamitatibus & malis liberarẽ
tur.Quod quidem fieri non potest.nã
omnes nequaquam apti sunt:ut sil' phi
losophẽtur:& bona a Deo oblata ad fœ
licitatis perfectõnem suscipiant. Quid
igitur ex his sequitur: certe illos solos a
malis liberari qui ad disciplinam osten
dentem nobis propria bona accedũt:hi
enim soli liberati sunt a calamitatibus
mortali naturæ adiũctis:qum soli ad co
gnitõem uerorũ bonorũ se cõuerterũt.
qd' dignũ ẽ societati deoꝝ addisccere tã
quã a sacra & uenerãda natura.i.a phĩa

exercitatos & doctos ea q̄ sūt oppōtuna Societatem quoque diuorum uirorum si quid in ea participamur ostendemus claris operibus indulgētes & disciplinis intellectus: quibus solus hominis aīus curatur & ab his liberatur malis in diuinum finem commigrans. Sed ut breuiť dicam intellectus horum uersuum talis est: qui se ipsos nouerunt a mortalium morbo liberātur. Qua causa igitur nō omnes liberantur. qum omnes oppōtunitatem innatam habeāt eorum existētiam intelligendi. Quoniam plures: ut dixi: sponte mala sequntur: qui bona q̄uis propinqua: neq; inspiciūt: neque audiunt. Pauci enim sunt qui quo pacto a malis liberentur intelligant: cognoscētes qua sorte utantur. hi quidē sūt quos philosophia affectōnum stultitia purgauit: ab his locis: tanquam a carcere liberatos. Quare igitur Ioue rogat: aut oēs multis calamitatibus liberes: aut omnibus qua sorte utantur ostēdas. an ut illū q̄ iuitos oīs ad ueritatē cōuertere uelit.

negligētia vero aut malo consilio id nō facit: ut in carcere & laqueis arceantur: quæ quidem putare nefas esset: illud po tius ratio ostendit: eum. s. qui fœlicitati studet ad Deū tanquā ad patrem cōuer ti docere. Est enim Deus opifex rerꝫ ōi um bonarum: etiam & pater. ergo qui li beratōnem malorum intellexit quique erunnis quæ ex uolūtate nostra sunt li berauit & infœlicem discordiam fregit sponte illā fugiens: hic ad opportunum Dei auxilium conuersus exclamat. Iup piter pater qum iam peregerit ea quæ fi lio digna sunt Deū patrē uocat ac intel liget quid ex se meretur. Quod si ī omi bus fieret oms æqualiter secum malis li berarētur. Postea īuenies hoc ī oīūbus nō procedere nō causa dei: sed quia plu res sponte mala sequnť ad se ipsū dicit. Sed tu confide qui inuenisti uiam libe ratōnis: malorum & erunnarū quæ qui dem est per sacram philosophiā cōuer sio ad ea quæ a Deo nobis ostenduntur quæ multi nō īspiciunt quoniā cōmunē

81

ĩtellectum quē opifex dedit generi ratõnabili nõ recte exercuerunt. Igiť qum quid alicui ostendiť ad demonstratõnis effectum personas duas concurrere necesse est. quo pacto enim quicquã ostēdere cæco posses. Si id qđ demonstrare intendis milies offerres: uel quo pacto uidenti ostēderes nihil omnino offerēs. utrunq; igitur interuenire oportebit: & bonum ab ostēdente oblatum: & ab eo cui ostenditur ĩspiciens lumen: Vt illĩc quod uideatur: hinc qđ inspiciat cõcurrãt ad demõstratõis effectũ. His aũt sic existentibus argumentemur sic. Oms simul a malis liberari: si omĩbus opifex rerum ostenderit cognitõem sui ipsius existētiæ: & q̃ sõte utantur: sed qum nõ oẽs siľ a malis liberēť. ñ igr̃ oĩbꝯ oñdit: sed his solũ qui sponte & sua uolũtate a malis liberari studerũt: & qui lumen ad cognitõnem & susceptõem ostensæ ueritatis intenderunt. Non ergo ipse Deus causa est quia omnibus non ostēdat: sed ipsi qui bona quãuis propinqua neq;

inſpiciunt: neq; audiũt: & ob hoc mala ſponte ſecuntur. cauſa igitur eſt eligen tiis. nam Deus ad nulla mala occaſionẽ præbet: immo ſemper quantũ in ipſo ẽ omnibus æque ſplendẽtia bona ĩmittit: non oſtendit aũt ſemper omnibus: qm̃ lumen oblata bona ĩ pleriſq; nõ aſpicit: ſed rebus terrenis indulget ꝓꝑ curam quam habet ad inferiora. talis quidꝫ ho-rum uerſuu; declaratio & ueritati con-uenire uidetur & ſubſequẽtium metro-rum intellectui. ſi quidꝫ homines ad ue ritatem Deus allicit etiam ĩuitos: quur ſi ipſi ſponte mala capiunt: Deum accu ſamus. Quid conſulimus diſcordiã ad-ducere non oportere: ſed cedentem ea; fugere: uel quid accidentia pacifice fer-re. Quid ſanari ſtudere iubemus. oĩo enim uia per doctrinam ad uirtutẽ no bis occluditur. id qđ in nobis eſt abiciẽ tibus & negligentibus. nihil enim labo rare oportebat: neq; cupiditatem ad bea tam uitam: neque diligentiam ad fœlici tatem habere: ſi ad deum ſolũ ꝑtineret:

nos a malis saluos esse & uirtutibus im-
pleri nihil a nobis ipsis conferentes: Sic
enim causa plurimorum malitiæ deo ascri
beretur. Si autē ut probatū est Deus ma
lorum causa non est. maīfestum erit quod
facultas: ut bōa adipiscamur ī nobis sit:
quoniā propīqua sūt: & naturaliter illa
accipiendi facultatē habemus. Sed nos
ea neque uidemus: neque audimus: cā quo-
que cæcitas & stultitiæ huius calamito-
sa discordia est: quæ spontaneū malum
existit: quam non decet ulterius protra
here: Sed cedentem fugere & malorum
liberatōnem cognoscere & uiam redeū
di ad Deum inuenire. Sic enim splēdo-
ri Diuino inspectus noster adiunctus
demonstratō fit: cuius demonstratōnis
effectus salus ē & qes animi ab his labo
ribus: ac diuinorum bonorum cognitō
& paternæ conuersatōnis participatio.
Talia de uirtute & ueritate prædicens:
ac vtutis præcepta & officia: quo pacto
usque ī noctem obseruari oporteret cō
cludens ac spem ueritatis in salutem &

quietem animi finiens . Subiūgit ꝓprie ſpēi purgatōnem quod eſt tertium phi loſophiæ genus. Sed abſtīe a cibis quos diximus in purgatōibus & in liberatōe animi diiudicās: & conſydera om̄ia ſta tuens ſuper his iudiciū aurigam opti- mum.

Ationabilis exiſtentia innatū ab opifice Deo habens: ut ne- que cōpus ipſa ſit: neq̧ ſine cō pore ad hoc exiſtentiæ in quo eſt uenit: ſed qum ipſa ſine corpore exiſtat adiun cta corpori omnem ipſius ſpēm efficit: vt eſt in aſtris. Id enim aſtrorum quod ſupra manet ſine corpore eſt: quod īfra corporeum: ut Sol. totus conſtat ex re ī corporea & corpore: quæ diuidi nunq̄ poſſunt: neq̧ coniungi. nam ſi ſic eſſet iterum diſſoluerentur: ſed ſimul facta ſūt & ordinata naturaliter eſſe conſue- uerūt. ut alterū ducēs ſit: alterū ſequēs & idem eſt conſequenter & in aliis rōa bilibus heroico & humano generibus. Eſt enī quilibet heros aīa rōalis liquido

83

& puro corpori adiũcta. & similiter homo anima rationalis cum corpore ĩmõtali sibi innato: quæ quidẽ Pythagoreorum opinio firma fuit quã Plato postea amplius declarauit. assimilãs comparãs humanã aĩaȝ ĩnatæ potẽtiæ pẽnati currus & aurigæ. opus igitur est nobis ad pfectionem animi: ut & ueritatem cõsequamur & uirtutem. Ad purificatõem uero liquidi nostri corporis deponẽda ẽ sordium materia: & sacra purificatio accipienda: acccipiendæ & uires a Deo nobis datæ quæ nos excitent: vt hinc ad superiora cõuolemus: quæ omnia præsentes uersus docent. scĩdunt enim & amouẽt materiales sordes: qum dicitur abstine a cibis quos diximus. Sacram autem purificatõem & vires a Deo nobis datas illi uersus inserunt: qui sic dicũt. In purificatõne & liberatõne animi iudicans at om̃em spẽm humanæ existentiæ integram nos docuit illud qđ subiũgitur. Consydera statuens sup his iudicium aurigã optimuȝ. hoc enĩ omnem

existentiã adiunxit & ordinẽ ptiũ ĩ ipã
diuisit:aurigam iudicio assimilãs: & id
qđ ĩ cũru fert pti obseqnti assimilauit.
Hæc qdẽ ex his uersib9 addiscer possũt
hi q mõitõnũ pythagorã ignari ñ sũt
:s.qđ ad exercitiũ uirtutis & susceptio-
nem ueritatis necesse etiã erit diligenti
am & curã haber circa splẽdidũ nostrũ
corpus qđ sapientes subtile animi uehi
culũ appellarũt.extẽdit autẽ ipsa purga
tio usq3 cibos & potões. omnẽq3 dietã
huius nostri mortalis cõporis ĩ quo lim
pidum corpus supadiacet:nõ sentienti
corpori uitã inspirans:& ipsius concor
dantiam & armoniam continens. Vita
enĩ ẽ corpus quoddã splẽdidũ sĩñ matia
qđ uitã hãc materialẽ gĩgit p quã nrm
mõtale animal cõpletur.cõpoĩtũ & uita
rõali & corpore materiali qđ imago q̃-
dã ẽ hõis cõstituti ex rõnali existẽtia &
corpore splẽdido & sine materia. Qum
igr nos hõ simus.hõ autẽ ex his cõstet:
opõtet ĩ õib9 purificari & pfici: modũq3
sup q̃libet natura suare.nã alia aliã pur

84

gat:ut aĩæ rõalis q̃tũ ad ipsã rõem pti-
net. Purgatõ ẽ discipliña: hoc ẽ vitas: q̃tũ
uero ad opiões cõsulata uirtus. nã qum
a natura nobis datũ sit: ut supiora cõsy
deremus & ĩferiora ordinemus: ad illa
vitate: ad hæc uirtute ciuili ĩdigebimꝰ:
ut reꝝ ꝑpetuaꝝ speculatores: reꝝ uero q̃
accidere cõsueuerũt peritiores facti si-
mus. In utrisq; autem legibus Diuinis
non discedẽtes: stultitiæ procellas fugia
mus: qua necesse erit purgare nostram
ratõabilem simul adiunctam existẽtiã.
Sed qum splendenti corpori & aĩo nr̃o
sil' adiũcto ad genitũ fuerit: corpus mõ
tale purgare oportebit: & hoc atque id
suis passionibus liberare. Restat igitur
corporis limpidi & animo adiuncti pu
rificatõ quam nos facere necesse erit
sacris legibus sacrisque artibus inhe-
rentes. Corporosior enim quodammo
do hæc purgatio est. quoniam materias
oẽs & diuersas attingit: & undiq; cura-
tura est: ut corpus hoc efficax & animo
adiũctũ a materia seperetur: & ad æthe

reum locum aduolat. in quo primam &
ordinatam fœlicitatem recuperabit. nā
omnia hoc limpidū corpus attingentia
si præcipue decenter & non turbulente
fiūt uirtutis & ueritatis legibus cōueni-
re inueniūtur. Purificatōnes enim ratō
nalis animi prouident etiam ut splendi
dum corpus leuius factum ad superio-
ra conuolandum impedimento nō sit.
Optima aūt eius subleuatō ē: paulatim
se curare a rebus terrenis segregatū iri:
ac rer perpetuar & ear quæ materia ca
rent frequenti cōsuetudīe exercitiū ha
bere: necnō relinquere sordes quib iā
pollutum fuerat pp coniūctōnem quaꝫ
cū mōtali corpor accepat. p hæc enī col
ligit & quodāmō reuiuiscit & Dei pote
state replet: & pfectōi ītellectus āi cōiū
git. Quid igr mirū si aliqui cibi ad hæc
cōferāt: ul quid mirum si ii qui consue
uerunt ab omnibus rebus quæ mortuæ
sunt longe esse omnino abstiner & ma
xīe a uoluptatib & ab his q̄ ad uenerē
mōtale corpus excitāt. hæc ē pfecto pri

ma uia ad purgatōnem. Quãobrem in
opertis nostris p̄ceptis monuimus quo
rundã abstinētiã quæ maiorē & uniuer
saliorē præcipuū primū ītellectū hēbat:
& quæ consequenter hæc singularia ue
tabat: ut animalis uuluam nō comedes:
hoc uero ita simpliciter dictū præceptū
ē: ut ab vno terreno abstineamus & hoc
quidē minimo. Si uero ad profunditatē
multifici intellectus Pythagoræ īspexe
ris: totius rei uenereæ uno estibili doce
ris abstinentiam: & ut in cibus illud nō
assumemus. Sic in purificatōe lĩpidi cō
poris id quod per illud ītelligitur exer-
cebimus. Silr aūt cor nō comedas p̄ci-
pue q̄dē monet ad iracūdiã non ruere.
Cōsequēter uō suadet: ut ab esu cordis
abstineamus: & ea rōe qum dicit. longe
ēē a mortuis oportere. Cōsyderabimus
p̄ceptū hoc nō solū moner: ut esū rerū
mõtuaꝝ uitemus: sed oīa q̄ mortalis na
turæ sit: necnō carnes ñ sacras & ꝓpha
nas. Iustū enī & cōueniēs est: ut ex mo
nitōnibus opertis: & quod extra appar3

& id quod intus intelligit seruemus. nã
ex continuo præceptum: ut uerba ostē
duntur seruat interioris ac maioris effe
ctus consyderat. Sic ergo & nunc ītelli
gamus breuibus uerbis magnarꝝ rerum
principia hūc uersū nobis dare.

VITA INQVIT cibos: quorꝝ mētio
nem fecimus: quod idem est quod. esto
longe a corporibus mortuis.

Vm aut ut oīa uitemus fieri nō
potest subiunxit: quorum men-
tionem fecimus: & quo in loco hoc me
morat ostēdit in purificatōibus: & in li
beratōne animi: ut per abstinentiā cibo
rū diligētē curam hēamus ꝑspicuitatis
currus corporei purgate: & ab īpediēte
matia liberare: cōueniētē. Tali aūt oper
atqꝫ exercitio rōale iudiciū cōstituit: qđ
lucidi corporis curā purificatōi aīæ con
decētē reddere pōt. Quãobrē aurigã sē
tētiā ipsū iudicium appellauit tanquam
supēē cōsueuerit recte ordīato currui:
sententiam quidem quia ratōalis poten
tia erat: aurigam uero quia ipsa potētia

86

corpus complectitur & supersistit: quæ lumen amore incensum ī auriga dispo suit & ordīauit. naꝫ & si una sit anima: lumine quasi respicit campum ueritatis & potentia similitudine manus cōtinet innatum sibi corpus & ad se ipsam con uertit: ut ītegra Deum conspiciat: & di uinam similitudinem acquirat. Ac for- ma totius abstinētiæ talis est: & talia bo na promittit. paticularia uero in sacris edictis operte præbita sunt: quorum & si unūquodqꝫ particularem abstinentiā docuerit: ut fabarū in leguminibus mō tuorum in animalibus: & horum ꝑ spe- ciem: ut in piscibus rumbum uita: & in terrenis animalibꝰ alio abstinerē iubet. & alio quodam in uolatilibus & tādem partes quasdam animalium rͤpudiauit: vt caput non comedas: neque cor nihil ominus in horum quolibet perfectio- nem purificatōnis ostendit. ac propter quasdā naturales ꝓprietates hoc uľ illď ad corporis abstinētiā ordīauit: ꝑ quod cunqꝫ aūt mōtalis affectōis purificatōe

docuit:& per diuina:ut homo consuefa
ciens in se ipsum uerteret:ac locum ge-
neratõnis & corruptõnis reliquens ad
elysium campum & liberuȝ æthera trã
migret. Qum autem ordinate augumẽ
tum abstinentiæ faciendum esse præ-
cepit. ob id ipsum adinuicem colata opi
nione quorundam contrariari inueniũ
tur. Nam sẽtẽtiæ ab animalibus abstine
contrariũ esse uidet. cor uita: nisi q spiã
cor uita incipiẽtibus ẽẽ præceptũ dicat.
ab animalibus abstine iam finientibus
& perfectis. Superuacanea autem ptiũ
prohibitio his quibus totum aĩal prohi
betur. Quãobrem diligenter inspicere
oportet in præceptis abstinentiæ augu-
mentatõnis ordinem quem ipsi uersus
ostendunt. Abstine enim inquit postea
tanquam quispiã interogaret a quibus?
respondet quos diximus: & iterum tan
quam ad secundum interogatõem: qui
bus in locis hæc Pythagoras dixit? & q
bus in præceptis abstinentiam quorũdã
ciboꝝ iusserit subiũxit. In purgatõibꝫ

& in liberatõe animi: ostendẽs: qđ pur
gatõnes debent præcedere: liberatio se-
qui. Ac rõnalis animi purificatio sũt di
sciplinæ mathematicæ. liberatio prudẽs
rerum omnium aspectus: qua causa sin
gulariter id monuit inquiens. In libera
ratõne animi qui plurimas mathemati
cas artes complectit: & continet. his igr̃
quæ ad purgatõem & liberatõnẽ animi
dicta sunt: necesse est similia & cõueni
entia de splendido corpore. Igitur pur
gatões per doctrinaʒ factas & probatã
liberatõnem sacra reductio sequatur ne
cesse erit. Hæc enim proprie purgãt &
perficiunt spirituale vehiculum ratõalis
animi: ipsumque a materiali morte di-
uidunt. Parant enĩ ut purgati spiritus
apte coniungantur. Nam impurum pu
rum complecti nefas est: Vt igitur ani-
mum nostrum doctrĩa & uirtute orna-
re decet: Vt cum iis quæ perpetua & di
ua sunt cohabitare possit: Sic splendidũ
corpus purum & sine materia oportet
parare: Vt cælestiũ corporũ societatem

ſorciatur. per ſimilitudinē enim ſolent omnia adinuicem cōiungi. diſſimilitudine uero & ſi propinqua ſunt diuiduntur hanc perfectæ philoſophiæ menſuram docuit Pythagoras propriam & conuenientem ad totius hominis perfectōnem. Is enim qui ſolum animum curat: corpus uero negligit: nō totum hominē purgat. & e contra qui purgat cōpus ſolum neglecto animo curari oportere: uel corporis cultus animo quicquā collatum iri: ſi ipē per ſe nihil purgatus fuerit: tantundem peccat. Qui uero diligenter per utrūq; procedit: huic rerū ſacrarꝝ ſciētiā philoſophia adiūgit: quæ ſplēdidi corporis purificationem efficit quā ſi ab ītellectu philoſophi ſepes: nō amplius ī ea ipſā potētiā īuenies. Nam ex his quæ pfectōem noſtrā cōplēt. aliqua phī ītellectus inuenit: aliqua ſacrarꝝ rerꝝ actio philoſophi intellectū ſequens ſubiunxit. actionem autem ſacrarū rerū appello potentiam purificandi corpꝰ ſplendidum: ut totius philoſophiæ īſpe

ctiuum & consideratiuum sit dux tanq̃ i
tellectus. Ciuile uero & practicum: Vt
potentia sequat. At ciuilis philosophiæ
duæ sunt species: quarum altera est mo
ralis: altera est sacrarum rerum. & illa
quidem per uirtutes nos stultitia pur-
gat. hæc per sacra misteria terrenas co-
gitatões detruncat. Argumentum au
tem nõ paruũ & demõstratio ciuilis phi
losophiæ sunt leges communes: ac alte-
rius philosophiæ argumẽtum & demõ-
stratio sunt sacra ciuitatum: & est qui-
dem summum totius philosophiæ ĩspe
ctiuus ĩtellectus: medium uero ciuilis.
Tertium rerum sacrarum: ac primum
ad cætera duo similitudinem oculi: & id
quod sequitur similitudinem manus &
pedis pertinet: quæ omnia ita sunt adin
uicem simul ordinata & coniuncta: Vt
quodcunque horum sine aliorum auxi
lio remaneat sit imperfectum. Quãob
rem scientiam ueritatis inuentricem: &
potentiã quæ uirtutem ministrat: & pu
ritatem in unam coniunctionem con-

uenire oportebit: ut ciuile opus intelle-
ctui qui rerum omnium dux est conso
num & conueniens perficiatur: & his
ambobus opus adiunctam appareat. Fi
nis Pythagoricæ disciplinæ hic est ad di
uinorum bonorum acquisitōnem per-
fecti omnino & uolatiles efficiamur: ut
quando mouendi tempus aduenerit re
linquentes in terris mortale corpus &
eius naturam deponentes. Athletæ cer
taminum philosophiæ accincti leuesq;
ad cælestem sedem perueniamus. Tūc
enim & primum & antiqum statum no
bis reddi: & q̄tū hōi possibile ē deos fie
ri sequētes uersus docent.

SI CORPVS RELIQVERIS ET
PVRIFICATVS AD AETHERA

Veneris eris immortalis Deus incorru
ptibilis non amplius mortalis. hic finis
laborum optimus.

Oc ut Plato dicit: cētam magnū
& spes magna: hic perfectissimɔ
phīæ fructus. hic charitatis & sacræ re-
ligionis opus maximum. Nam qui per

hæc quæ ſuperius dicta ſunt pergunt:
uere bonis uniuntur: atque a laboribus
huius terrenæ uitæ: tanquam ab aliqua
ſubterranea ſpelunca liberantur: & ad
æthereos ſplendores adducuntur. & be
atis inſulis collocantur. his theſaurus p̄
mium reſeruatur. quoniam nefas ē quē
piam ad genus Deorum accedere: niſi
illum qui animo ueritatem acquiſiue-
rit & uirtutem. & in ſpirituali ipſius ue
hiculo puritatem. Sic enim ſanus atque
integer ipſe animus factus ad primi ha
bitus ſpeciem reſtituitur per rectarum
ſententiarum unitatē ſe ipſo fruens: &
totum diuum ornamētū recognoſcēs:
& opificem huius totius inueniens. ſic
poſt purificatōem quantum poſſibile ē
ut ſemper ſunt ii qui in generatōem na
turaliter non incidunt: ad ipſum deum
reducitur. corpus uero congenitum ha
bens loco eget quem inquirit ex ordīe ī
aſtris tanquam ſedem. Conueniēs q̄dē
ex hinc tali corpori locus ſub luna pro
pinqus. Nam & terrena cōpera ſuperat

& a cælestibus superat. quem locum Pythagorei æthera liberū appellant. æthera quia locus est sine materia & perpetuum liberum: quia terrenis passionibꝫ purgatum & solutum est. Quid igitur qum illuc aduenerit fiet. an hoc qđ dicit. Eris immortalis Deus illis similis factus diis quorū mētōem in principio fecimus. nō natura deus immortalis. quomodo enim quicquam sub aliquo tempore proficiens: & ad uirtutem & ad sāctimoniā ex talibus externis supaddēs ad idē unq̄ firmaret. Oñdit aūt hoc sup additio. Eris inqt īmortalis deus: & sup adiunxit īcorruptibilis nō amplius mōtalis: ut p mortalis amotōem: nos ī deos verti ītelligat tāq̄ id nobis nō p naturā īsit: nec p existētiā: sed ex doctrīa & augumēto: tāq̄ hoc sit aliđ deoꝝ genus. īmortales q dē fiūt ascēdēdo. mōtales uō descēdēdo. quiqꝫ ex necessitate claris heroibus minores sūt. nā ii semp deū ītelligunt. Illi ad ignorantiā ipsius quādoqꝫ incidunt. Tertiū enī genus etiam ad ul

timam eius perfectōem ueniat:neq̧ ꝑs
medii fit:neq̧ primo æquat:sed tertium
existēs assimilatur primo generi. Simili
tudo enī quæ ī hominibus ꝑ habitum ē
ad cælestes deos heroibus:& medio ge-
neri perfectius inest ac magis ꝓpinque.
& sic communis & una omnium ratōe
utentium perfectio esse uidetur. simili-
tudo. s. ad opificem deum: quæ semper
& æque īest cælestibus diis. ac diis æthe
reis firmis solum semper non æque. iis
uero qui ab æthere ad terrena quando-
que decidere solent:neque semper:neq̧
æque. Recte quidem quispiaꝫ dicet:pri
mam cælestium similitudinem ad opifi
cem Deum optimam esse:si eam ad se-
cundam & tertiam comparaueris:aut si
secundam ad tertiam recte dicet. Non
enim intendimus solum:ut opifici deo
similes efficiamur:sed secundum statu
tā normā:aut optimā similitudinē:aut
mediā cōseq̄mur. Quas si sōtiri nō pos
semꝰ eā cōseq cōtēti simꝰ quā ex nr̄a na
tura nobis cōcessū ē & ꝑfectōe v̄tutis in

hoc fruamur. mensuram. s. & modum existentiæ nostræ non ignorare: neque ægre ferre. summa enĩ ẽ uirtus prouidentiæ leges imitari per quas omnia secundum propriam uim conuenienti sibi bono adiungitur. & consistere in terminis ab opifice Deo statutis q̃bus oĩa per spẽm discreta sunt. Talem sententiam uersibus Pythagoræ dedimus: quæ in se continet Pythagoreorũ præceptorum moderatam compilatõnem. Oportebat enim neque in metrorum breuitate oratõnem nostram cõsistere (sic enĩ multa ex iis quæ præcepit latuissent) neque illã ĩ totius philosophiæ lõgitudinẽ ꝓtrahere. maius enĩ hoc erat: q̃ ad præsẽtẽ orõem ꝑtinebat. sed mediũ ad hoꝝ ĩtelligentiam quãtũ possibile fuit secuti sumus: id solũ ĩ ipsis explanãtes qđ oĩo ipsoꝝ p̃ceptoꝝ declaratõi cõuenire uidebat. nihil aũt aliđ hi ṽsus sũt q̃ fõma q̃dã & imago pfectissĩa phĩæ: & ꝑ capita q̃dã ipsius p̃ceptoꝝ abbreuiatõ & institutio q̃da ex doctrĩa ostẽdẽs posteris

91

per obſeruatõnem legis diuinæ aſcen-
ſum ad cælos patere. Quæ omnia certe
appellare poſſes optimam cognitõnem
nobilitatis humanæ: Ac non unius py-
thagorici eſt inuentum: ſed totius ſacri
collegii: & ut ipſi dicunt totius ſocieta-
tis communis ſentẽtia. Quãobrem lex
erat in mane ipſos ſurgentes: & itẽ ſero
qum ad ſomnũ ituri erãt: tales uſus uno
legente: ut leges Pythagoricas audir̃: ut
talis curæ frequentatio uiuentia in ipſis
præcepta oſtenderet. Quod vt & nos fa
ciamus iuſtum & utile erit: ut ipſorum
utilitatem conſequamur: & q̃uis tarde
eam tam̃ acquiramus.

FINIS.

LAVS DEO.

AMEN.

DVCE VIRTVTE ET COMI
TE FORTVNA.



HIEROCLIS PHILOSOPHI STO
ICI ET SANCTISSIMI IN
AVREOS VERSVS PY
THAGORAE OPV
SCVLVM PRAE
STANTISSI
MVM ET
RELI
GIO
NI
CHRISTIANAE CONSENTA-
NEVM HIC FOELICITER
COMPLETVM EST AC
IMPRESSVM. ANNO
CHRISTI. M. CCCC.
LXXIIII. PATA
VII. XV. KA
LENDAS
MA
IA:
S.
BARTHOLOMAEVS DE VAL
DE ZOCCHO. F. F.
TELOS.

